# Оссолінсъкі колекції.

**CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

65. Historica Varia. M.in. Protokoł Transakcji wszelakich i rzeczy różnych poważnych dla zabieżenia próżnowaniu pisanych A. D. 1667 w Zamościu; Reinholdia Heidenstenii de Vita Joan Zamoscii R.P. Cancell. Libri III; Żukowskiego Żywot i Dzieła Tomasza Zamoyskiego (1643).

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА
ім. В. СТЕФАНИКА АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Фонд
ОПИС
Од. зб. Бав-65

1. Loz XI

Nr. 65.

BIBLIOTEKA W.P.

15.

II. A. 10

Manuskrypt hº 9.

# Historica varia

# PROTOKOŁ TRANSAKCYIWSZELAKICH Y RZECZY ROZNYCH POWAZNYCH DLA ZABIEZENIA PROZNOWANIU PISANY ANNO DNI 1667. W ZAMOSCIV.

# REINHOLDI HEI-
## DENSTEINII
# DE VITA IOANNIS
# ZAMOSCII REGNI
# POLONIAE CAN-
## CELLARII
## ET EXERCI-
## TUUM
## DUCIS
## SUM-
## MI.
# LIBRI TRES.

# Ad Illmum Thomam a Zamoscie Zamoyski Capitaneum Knyszinensem Comitem Dnum meum Observandissimum.

Divus Pavens tuus Thoma Zamoski, si homines Publicâ Authoritate inter Divos relatum, hoc Nomine appellare fas est; sed certè cum meritis in Patria et in omni Vitæ actione Divinus omnino Vir, ita et hac Vita excessit, Ut ipsi quidam mortem talem gratulari, Reipublicæ causa summoperè dolere debeamus. Cum enim ad summum felicitatis culmen, et authoritate et opibus in Republ: et rerum gestarum gloria pervenisset, honoribus, annisq; satur, quod paucis contigit: ita in æternas illas Sedes migravit, ut incredibile sui desiderium apud omnes relinquerit. Quare cum illo quidem prædare actum: qui cum omnem Vitam felicissimè transegisset, exacta quasi ætate, felicissimam Vitam multò cum felicissimè morte commutavit. Reipubl: autem, quod eius morte decesserit, seu potius quantum Vulnus acceperit, ea quæ obitum eius consecuta tempora sunt, etiam me tacente cognoscitis. Verum ea vel commemorare, vel deplorare, non huius temporis est. De instituto meo potius quam brevissimè disponam. Tanti Viri memoriam ad Posteritatem efferre, gloriosum inprimis Polonis Nostris existimavi, in qua potissimum nasci eum Deus voluit. Gloriosum enim Nomen Clarissimis Regibus Stephano, et Sigismundo 3tio. Si enim Regum Rex Agamemnon honorificum esse sibi iudicavit, Sapientissimum Ducem Nestorem, Consiliorum suorum moderatorem habere, quanto Vetus utriq; eorum gloriari potest, multo omnibus rebus præstantiorem Nestore Consiliorum suorum, actionumq; administrum sibi obtigisse. Utile denique Universæ Iuventuti Polonæ, atq; imprimis tibi. Cum enim virtutis in animis hominum propagandæ duplex fere ratio sit quarum Una præceptis, altera exemplis continetur: Nescio quomodo, et ad informandos ad Virtutem, et in eadem homines, et in eadem homines confirmandos, posteriorem hæc multis modis efficatiorem videatur. Dudum enim præcipiuntur, an præstari possint, dubitare nonnunquam homines solent, qui ab aliis facta cognoverint non modo quin præstari possint, nemo dubitat, sed ad eadem imitanda honestissimæ Gloriæ, æmulandisq; stimulis, Ultro ut plurimum accenduntur. Quibus rebus adductus Vitam, eius et tot annorum Usu, si cuiquam mihi certè, perspectissimam hoc brevissimo scripto comprehendam putavi, quemadmodum autem id, quam brevissimè quod in libris Rerum Polonicarum in modum Historiæ copiosius omnia explicentur. Ad te autem potissimum Illme Adolescens ea mitto, Ut qui non solum opum fortunarumq;, sed multo magis Gloriæ, Virtutisq; Paternæ hæres, et imitator esse debeas. Neq; verò hic verecor, ut perpetua in me benevolentia, multisq; beneficiis eius devincto, Vetus illud quisq; mihi obiciat

BIBLIOTEKA W.P.

Primum enim tam spectata in omni ge-

ta in omni genere Virtus eius, tamq Illustria in Patriam merita extāt, ut qui cum quamvis immodicè laudari moleste ferat, non tamen alium assentationis, quam se turpissimæ arguat invidiæ. Deinde verò nihil hic Panegiricum, neq etiam laudationes scribimus, sed simpliciter narramus. Atq hoc quidem ad reprehensiones, si quæ forte fuerint. Abs te Illme Zamosci etiam atq etiam peto, eo animo studium, hoc meum Summæ meæ in te Voluntatis testem, accipere velis: Quemadmodum tibi, innata humanitas, atq comitus ab eo accipere iubent, qui voluntate atq observantia in te, inter paternos amicos tuos nulli cedat. Soleneij Kal: Martiis Ao a Salute Mundi 1606.

Illmæ D. T. Officiosissimus
Reinoldus Heydestenius.

# DE VITA IOANNIS ZA-
# MOSCII REGNI POLONIÆ CAN-
# CELLARII, ET EXERCITVVM DUCIS
# LIBER PRIMUS.

Cogitanti sæpenumero mihi, et causas eius rei animo vequirenti, permi-
tum videri solet, quo fiat, ut cum eadem et natura hominum sit, et vis men-
tis varioq; quâ ab aliis animantibus maxime distant, communis eadeq;
tributa sit: tantum tamen inter ipsorum hominum Vitam actionesq; plerum
interesset: Neq; solum aliis hominibus alij, nonunquam aliquomodo quam
veligui homines, belluarum generi antecellat. Verum in tanta Seculorum
et hominum infinitate, quasi paucissimi omnino cunctis ætatibus, cum
in quâcunq; re præclara, tam maxime in Reipub. administratione,
ipsorumq; hominum societate tuenda, regendaq; excellentes extiterint. Non
enim existimare possumus, quod multis non modo hominibus, verû in-
tegris Seculis, atq; ætatibus Literarum lumen defuerit, propterea ple-
rosq; qui a ligua vel alteris præstiterunt, in tenebris atq; oblivione iace-
re. Est quidem hoc aliquid, Multos enim fuisse dubitandum non est,
quorum cum longè facta præ cæteris eminuerint, quod præcones eorum
nullos habuerint, iisdem finibus, quibus vita, nomen quoq; et memori-
a terminata sit; Sed tamen neq; eorum numerus magnus esse potest,
si cum infinita hominum multitudine comparetur, quæ per Orbem
terrarum sparsa, humi fere strata, nulla se re sustulit. De iis qui-
dem, de quibus literis ad memoriam prælatum est, satis constat. Nullâ
inter omnes Gentem extitisse, quæ in omni laudis genere non modo præ-
stantiores, verum plures etiam quam Romana protulerit, cui certe fere-
ptores non defuerunt, si enim primis nascentibus temporibus, ut ce-
te posteritatibus, qui id certe præstare potuerint, ut non modo eos, qui-
bus cum illis vixerant, sed superiores etiam, quorum ad illos fama
promanarat, si non omnibus factis eorum, nomine tamen natos ha-
beremus. In ea igitur Reipub: in qua singulis ætatibq; præstantissi-
mi Viri, plures fere quam in aliis quibusdam omnibq; seculis prodi-
erant, quoties tamen quisq; pro Civitatis magnitudine, atq; numero
hominum excelluit. Vere ita reperiemus cum ad Universi Orbis Prin-
cipatum solus fere hic populus aspiraverit. In eadem Virtutis excellen-
tia et Principatu inter paucissimos semper versatum. Nisi forte-
Quintios, Curtios, Fabricios, Camillos, Scipiones, Fabios Paulos, Max:

allos,

cellos honoribus tantum ac Magistratuum insignibus, non animi etiam præstantiâ ac rerum magnitudine reliquo Vulgo præstitisse existimemus vel posterioribus temporibus multos, Pompeii, Cæsaris, Ciceronis, aut Aliorum Principum similes fuisse. Quamvis quid necesse est, vel mortuos vel a memoria nostra semotos eius rei testes citare. Nostro tempore omnes partes, oculorum ac mentis aciem circumferamus. Quod de Tiesia apud inferos Homerus ait. Vereor ne idem in unaquaque Republica ac gente, si non de Uno atque altero, de paucissimis certe dici possit. Hi sapiunt Soli, reliqui volutant velut umbræ. Quam tua insignem in uno hominum genere diversitatem, ut nemo est qui non animadvertat, ita quotus quoque est, qui dum suæ ignaviæ patrocinetur, Aliorum Excellentiam, non occultæ potius alicui Vi, aut fortunæ temeritati, quam Virtuti illorum tribuendum putet. Itaque habent illud in ore; Distat enim quæ sydera te excipiant modo primos incipientem edere Vagitus, et adhuc a matre rubentem. Quasi vero non eodem tempore verum sub eodem etiam Cœlo ac Sydere, quo præstans aliquis Vir, natus sit, innumerabiles alij omnibus temporibus et nati sint, et nascantur, quorum cum tempus ortum idem, Vita tamen atque exitus longe diversissimi, nihil unquam insigne habuerunt. Itaque rectius alio loco idem, Nullum Numen abest, si sit prudentia: addamus nos si animus si Virtus. Quamvis non desint Alij, qui ad hanc ipsam Virtutem non solum colendam exercendamque verum parandam etiam acquirendamque multum cum corporis valetudinisque bona, tum nonnunquam eas res, quæ quo ad animos corporaque nostra non attingunt, externæ ferè apellantur. Nam et quâ valetudine atque habitu corporis quisque natus sit, multum interesse putant, et in qua Republica et quo in eodem loco ortus, quo denique fortunæ adiumenta, gerendarumque rerum, quasi exercendæ Virtutis instrumenta nactus sit, quibus si sit aliquid attribuendum, quod Scriptio Cuppiam in iurgio sibi obicienti non sua sed Patriæ Magnitudine Magnum eum factum. Themistocles responsisse dicitur. Neque ego si scriptius, neque tu si Atheniensis unquam clari fuissemus, idem de Aliis sane rebus statuamus, neque Virtutem sine illis satis fortassis claram esse posse, neque tamen sine Virtute ipsas quidquam valere. Quis enim est qui nesciat plurimos, qui omnibus et fortunæ, et corporis bonis affluerent, cum otio atque desidiæ se dedissent, neque sine industria Virtutem, neque sine Virtute solidam Gloriam unquam consecutos. Non pauci certe contra cum Aliis omnibus rebus maxime destituti essent, recto tamen firmoque proposito cum ad Virtutem pervenisse, tum Virtute maximas res gessisse. Itaque modo hoc teneamus, solâ Virtute, cuius solus quidem Author Deus, studium

tamen

tamen voluntatemq eius persequendâ homini tribuit et fieri Magnos Viros, et perfici. Eandem tamen in Magnis Familiis et opibus, clariorem quodamodo non difficulter fortassis concedendum est. Utriusq rei a multis seculis virum Illustreq Exemplum Joannes Zamoscius. Cuius hic Vitam scribere instituimus nobis præbuit Cuius quidem, quæ populari gloria maxime, decorari solent, quis fere omnium est, qui ignoret. Interiora ex quibus tanqm fonte quodam promanât, clariora apud plerosq sunt, quam notiora. Generis illius Nobilitatem, vel quæ fortunæ bona, tum Res gestas maximas tot clarissimos triumphos, toties captos offensos Civibus hostes, nonnos solum, verum Universus Orbis Christianus, barbaries deniq ipsa suspexit in eo, atq admirata fuit. Magnum vero ingenium Eius, magnumq optimarum Artium studium, tum omnis liberalis, dignaq Nomine Nobili, ab eo perfecta doctrina, domesticæ deniq interioresq eius Virtutes, ex quibus quæ supra attigimus, maxima omnia proficiscuntur, nunqm fortassis plerisq nota sunt.

# Natus Joannes Zamoscius.

Sub Anno a Christo nato. S. CIↃ. IↃ. XLI. 1541 Kalendis Aprilis Skokowcæ, in Castello Paterno, in Chelmensi Russiæ tractu sito. Paternum Genus et Kozlorogorum Antiquissima et Nobilissima Gente sortitus fuit, quæ cum inter Indigenas Poloniæ Gentes cum Generis vetustate nulli secunda sit. tum Senatorij Ordinis, in iisq Archiepiscopos, Episcopos, Aliosq claros Viros complures protulerit. Cum enim Bello Prussico, ex Gente ea à vulgari vestitu Sarius dictus, tribus Hastis gravissime confixus fuisset: postqm commissum prælium Rex in loco eius vulneratorum inspiciendorum causâ inambulasset, huncq inter tres Hastas, quibus confixus erat, intestina defluentia marincontinentem conspexisset, miserabundusq gravem etiam dolorem sustinere oportere exclamasset, hic multo graviorem in communi Villa vicinum habere retulit. Quâ tam strenui hominis quærellâ Rex commotus, et in tam præclari Animi memoriam, ad priora Insignia, tres Hastas assiscere Eum sibi iussit, et Agrum quem cum Vicino communem antea possidebat, ab eodem redemptum totum illi donavit. A quo tempore qui Kozlorogi appellabantur, ea præq Effigiem in Corpore rubro præferebant, Caprâ dimidia parte superiore super galeam translatâ, tribus autem Hastis transversis in scutum receptis, modo antiquo Nomine Kozlorogi, modo novo Jelitæ a diffluentibus intestinis apellari cœperunt. Antiquissimum eorum in Syradiensi Palatiniatu domicilium fuit, in quo hodie adhuc satis numerosa claraq Gens ea est. Primus ex ea Gente Thomas Annô a Christo Nato supra Millesimum in Russiam comigravit: qui cum

Superiores

Superiores Reges Poloniæ continentia bella cum Ducibus Russiæ gererent, Veteribus Possesoribus magnam partem vel deletis, vel eiectis, a Polonicis Familiis fere nunc tenetur. Hic tamen cum Russia iam tum Iuris Polonici esset, quod Patrimonio inter reliquos fratres diviso, nimis anguste sibi habita re videretur, Patrimonio fratribus vel cesso, vel vendito, in Belzensi primum Palatinatu Russiæ domicilium constituit, quodq inter prædia, quæ coleret, et Alios Vicinos pons interiectus esset, ab eodem cum ipse, tum posteri Eius Zamoscij tanqm transmontani, more gentis Poloniæ, a Nominibus prædiorum Dominos fere apellantis, nuncupati fuere. A Thoma deinnon modo Stirps ipsa latius diffusa fuit, verum possessiones etiam alias complures, partim matrimoniis, partim emptionibq adiunctq complexa fuit. Præcipue tamen duæ Sedes fuerunt. Una vetus Zamoscium, aliquot Villas obtinens, quod Patruo Vexillifero Chelmense, qui id tenebat, sine prole defuncto, cum Skokowka, sine Novo Zamoscio ipse postea coniunxit. Altera quam Parens eius possedit et in qua ipse natus fuit, Skokowka, quod Castellum antiquitus ligneum in duorum amnium Veprzycij et Kalinæ confluentium Insulæ situm, aliquot itidem Villarum Territorium complectebatur. Ab initio mox ut Sedem Domicilij in Russia collocarunt, cum Magistratus Municipales, ut Iudicum, Vexilliferorum, et similes mox Gerere cœperunt: tum authoritate apud cæteram Nobilitatem inter primos valuêre. Qui ex Russiis tamen Kozlovogij latius se exerere, maioresq Magistratus in Aula et Repub: gerere cœperit. Prius Nicolaus Zamoscius Patruus Ioannis fuisse videtur, qui cum et Ingenio valeret, et Iuris Patrij, domesticarumq rerum magnum Usum haberet, cum Referendarij et Secretarij Maioris, amplis honestissimisq muneribus apud Sigismundum I. Regem futurus fuit, tum Sacerdotia amplissima multa possedit. Cuius frater, Avus autem Ioannis, Felix ipse quidem primatæ Vitæ deditus: Municipales tamen Magistratus præcipuos aliquot gessit. Filius verò Eius Stanislaus Pater Ioannis Zamoscij, cum ipse etiam operam suam latius in Repub: patere valet, ac vere militaris rei studio, maxime deditus esset, cum in aliquot expeditionibus utilem atque fortem Operam navasset, maximeq prælij ad Nevellã contra Moschos pugnati præcipuam laudem tulisset. A Sigismundo

Augusto

Augusto Rege primum auliae Militiae Praefectus declaratus, Praefecturaq Bitomiensi ornatus, deinde Castellanatu etiam Chelmensi tradito, in Senatum adscitus fuit. Puer admodum post mortem Matris qui ex Herburtis clara inprimis lateq patente in Russia Familia erat, Krasnostaviam à Patre missus, quod Opidum Sedis Capituli Chelmensis et post Chelmam primarius quasi Provinciae eius, bonisq Zamosciensibus continens est. Primas Literas seu rudimenta potius literarum celeriter percepit. Prima autem mox pueritia in censum in primis ad Virtutem studium, impetusq quidam Eius singularis apparuit. Cum vero haberet fratrem Avitum, quem Ioanne togatae Vitae destinato, hoc genq Equestri Ordini commune sequi Pater voluit. Cum vero in prima etiam aetate per propera fata eripuissent. Ioannes a Patre puer adhuc, in Galliam missus fuerat. Quo in Aula Francisci Galliae Delfini auliis institutis imbutus, externarumq rerum, et linguarum vero comparato, eo utiliorem, Nativo Principi Patriaeq operam postea nararet. Saepe hic commemorare solebat, diversum sibi evenisse, quod Aliis eius aetatis soleret. Cum enim plerique Adolescentes splendore illecebrisq Auliis capti, omnibus studiis Aliis relictis studio, se Regias, Principumq Aulas sectari soleant, se plerisq admirantibus, et retinentibus, ab Aula ad Scholas, ab otio ad laborem; à purpura ad pallium, a deliciis aulicis ad pulveres scholasticos ultro fugisset. Relicta igitur Aula Delphini, in Scholis Lutetiae se addidit, quae ut optimarum artium studiis Praeceptoribusq earum semper floruit, ita eo tempore maxime in omni genere doctrinae praestantes homines complures habebat, a quibus ille alias quidem plerasq partes Philosophiae hausit. Adiungebat autem ad ea ipse successiva quasi opera, Arithmeticae et Geometriae studium; qui cum ab antiquitate in vestibulo quasi Aliarum doctrinarum Adolescentibus tradi solita fuerint, ut quae ad Alias artes Viam quandam sternant. Maiorem autem in omni non modo genere doctrinae. Verum parte etiam Vitae, quam Ullae Aliae artes usum habeant. Nescio tamen quomodo a nostri temporis Adolescentibus, iis maxime qui ad Reipub: Gubernationem aspirant, vel contemnuntur vel negliguntur. Quo tamen Aliorum

inductio

inditio minime motus, illudentibus sæpe et ridentibus eum æqualibus eius in pulvere illo erudito, quantum ætas eius patiebatur, diligenter se exercebat. Cum quadriennium civitas in Gallia fuisset, aut bonarum artium, et Philosophiæ non vulgarem cognitionem, linguæ autem Gallicæ magnum usum consecutus fuisset, revocatus a Patre, qui temporum illorum fato, diversa Religione infectus. In Germania etiam illum versari volebat. Argentoratum venit, ubi cum Joanne Sturmio homine in eloquentia tum claro, per aliquod tempus operam dedisset. Græcas etiam literas attigit, quarum et si quæ legisset, satis intelligeret, diligentius tamen studium se intermisisse, non raro dolere solebat. Maxime autem Oratoriis exercitationibus per id tempus se dedit. Sed cum incensus esset studio, facile a Patre impetravit, ut in Italia maiorem artium omnium optimarum maximeq; Patavium, ad quod iam ab aliquot ætatibus tanqm ad mercatum aliquod bonarum artium totius Europæ concursus fieret mitteretur. Florebant eo tempore Patavi in studiis humanioribus, iisq; artibus, qui elegantiores vocantur duo Franciscus Robertellus Utinensis et Carolus Sigonius Mutinensis, atq; ita florebant ut quod inter eorundem artium Professores plerumq; evenire solet, non obscuræ æmulationes intercederent. Cum enim quemadmodum in Rebuspub: ita in Scholis etiam fere quæ ipsæ quoq; imaginem quandam Rerumpub: præseferunt et capitum dissentionibus vulgus etiam discentium, in diversa studia ut plurimum sciendi soleat, Robertelli partes Germanica fere actio, Sigonij Gallica cum quæ Polonica, coniuncta fere esse solet, sequebatur. Zamoscius tamen ut Sigonio reposissimum daret, casu seu potius Robertelli morositate quadam factum fuit. Cum enim eo animo Patavium venit, ut nulli præcipue addictus, omnes a quibus disceret aliquid posset, coleret eodemq; instituto, Robertellum etiam de quæstione quadam literaria aliquando adiisset. Ille adeptandum se a Sigonio submissum ratus, asperius aliquanto, quam non modo studia, quorum Magistrum se profitebatur, verum communis etiam humanitas postularet eum a se rejecerat, qua eius asperitate offensus, ita postea se Sigonio dedit, et plurimis cum verbis contra Robertellum iuvaret. Nam et Alios Polonis ei conciliandis, et inscriptionibus, quibus non modo Magistri ipsi, sed factiones eorundem mutuo passim se lacessebant. Magno usui ei fuit, maxime tamen cum utraq; factio a suum pro altero Senatui Veneto, Triumviris literariis publice commendaret, ut Robertello Sigonius præferretur, artificio quodam perfecit. Cum enim Robertelliana rum partium, quem Universa Schola nomine ecommendarent, duo Venetias missi essent. Zamoscius diversarum partium legatione suscepta, complurib: quos visum fuit adiunctis singulis singu-

lariorum na-

larium nationum quasi Legatis nomina imposuerat, contra quos dum duo a soli prodiissent, in eam opinionem rem adduxerant. Ut Sigonium omnes ferè exteræ præsertim Nationes commendare. Robertello duo soli favere viderentur. Simili fere artificio Rectoratum etiam deinde a Germanica natione, non minus nihil tale expectante quam indignante ad se transtulit atq; ita gessit, ut in hoc quoq; tum ingenium, tum industria eius maxime tum elucerent. Non fecissem mentionem contentionum scholasticarum ac pene prælicum nisi ingenij, Consilij, animi eius qui in maximis deinde rebus innotuit, et ludicris in hisce, ac puerili adhuc fere ætate præludia existimassem. Cæteroquin Patavij, ita versabatur, ut cum doctissimis Viris audiendis, tum optimis authoribus legendis omne tempus transmitteret. Cumq; nullus omnino in omni genere disciplinarum, ex vetustioribus præsertim Author esset quem non studiosissime cognosceret, eodem tempore id etiam assecutus fuit, quod merito maximæ felicitatis loco sibi ducebat. Ut Calvini dogmatibus quæ a Patre sibi tradita essent relictis, cum reliquarum optimarum Artium Scientia, Religionem etiam simul Catholicam amplecteretur. Cum enim inter Alios Authores, quos in defesso studio legendos sibi proposuerat, maxime etiam antiquos Latinæ Ecclesiæ Doctores studiosissime evoluisset eorum Lectione confirmatus ad Catholicam Ecclesiam tanqm eam quæ ex antiquis Patribus eandem cum primorum temporum Ecclesia agnovisset, sine ulla dubitatione se contulit. Eandemq; semel acceptam, non modo sua constantia, Verum tanto etiam studio ad mortem usq; coluit, ut privati etiam hominis Christiani Officiis non contentus, nullum fere quod modo a privato homine præstari posset, Sacerdotis etiam Officium prætermitteret. Per idem tempus studiis, Authorumq; optimorum lectioni totus deditus, inter ipsas tamen literas veram Reipub: administrationem assidue meditans, ad eum omnia studia referebat, ad eumq; se parabat, (secusq; quam Alij vulgo facere solent,) qui in Aulis ac publicis muneribus positi, quomodo ea gerere debeant discunt, ita se comparabat, ut non tam inter ipsa negotij præcepta rerum gerendarum requirenda aliquando sibi essent, quam quantum præstari a se posset, quam maxime doctus, atq; paratus ad negotia ipse accederet.

Qua in meditatione versaretur ac Specimen eius aliquod edere vellet scripsit tum de Senatu Romano libros duos, qui typis vulgati in manibus hominum extant, quos et si Adolescens admodum ediderit quantum tamen et elegantia sermonis latini, et cum omnis literationis literatu:

ræ tum

rae tum maxime Historiae eruditaeq antiquitatis cognitione, Iudicioq de Repub. tum valuerit, non difficulter ex iisdem iudicari potest.
Rediit inde in Patriam, iam ante quidem expectatione ab in eunte aetate de eo concepta, tum fama etiam, ac celebratione omnium Magnus. Quâ Sigismundus Augustus et elegantissimi ingenij, et exquisiti Iudicii Rex, idemq acerrimus ingeniorum aestimator permotus; cum alias Patrem eius ob Virtutem eximiaq in Rempup: summo favore prosequeretur, ipsum quoq mox in clientelam familiamq suam recepit, ut tamen cum liberalibus artibus usum coniungeret, qui maxime perfecta demum sapientia esse solet. Apud Petrum Myszkovium Senatorem et graecae et latine doctissimum, et tum vice Cancellarium, Secretarij loco in Cancellaria eum esse voluit. Prima haec ferè praecipuaq in Regno hoc Schola ad Rempub: accedentibus Nobilibus esse solet, in qua cum ipse haec magna Reipub: pars sit, non solum scribendo negotiaq tractando ingenij sui Specimen edant, idemq exerceant. Verum ab hisce deinde ministeriis, et in Rempub. meritis ad altiores honores provecti, non tanquam hospites Reipub: ac Publicorum negotiorũ ignari in Senatum veniant. Quo loco ita mox versatus fuit, ut ingenium mirarentur omnes, industriam agnoscerent. Maxime autem eo loco occasio ablata fuit, qua et industriae suae Specimen ederet et una cum gratia Principis summum Reipub: usum consequeretur, Tabularium publicum, in quo omnia monimenta publica ut foedera cum Vicinis Principibus ac populis constituta, controversiae quae cũ iisdem aliquando, intercesserint Legationes tractationesq omnes literis comprehensae, partim a Regibus, et Regno privatisve Iura tributa condita servantur. A Cromero ante multos annos aliquando neq satis accurate revisum, Regi ipsi Magistratuiq ac Senatui ignotum quasi erat. Itaq ut publicae eius rei cum alicui demandaretur placuit, qui publica omnia monimenta inspecta digereret. Ad quam rem cum et fides et maximum Ingenium summaq prudentia requireretur Zamoscius ex omnibus potissimum delectus ad eum fuit. Cracoviae igitur quo loco in Arce una Gaza Regia monumentorum et scriptorum publicorum libri conditi servantur, cum per triennium huic rei operam dedisset continenti studio ac labore perfecit. ut scripta omnia quae ab aliquot saeculis cumulata, propter antiquitatem autem a situ partim corrupta partim difficillima lectu essent, ipse non solum diligentissime perlegeret, verum simul argumenta eorum seu summas connotaret, omnia autem ea diligeret locisq ac notis suis distin-

gueret

gueret, ut non modo quod in iis contineretur, verum etiam ubi quidq; conditum esset, primo quasi intuitu, aut non magno negotio reperiri posset. Quae res non solum laudi atq; honori, verum etiam magno usui postea ei fuit. Tantum enim et antiquitatis et omnis Reipub: usum hinc sibi compararerat, ut neq; nova ulla res postea illi accideret et omnis fere rei gerendae exemplorum semper summam capiti haberet. Quibus in Ministeriis tum industriam suam cum omnibus, tum inprimis ipsi Regi valde probaret.

Donatus tum ab eo fuit Praefectura Zamoschensem, si Praefectura appellanda esset, quae sine ulla Iurisdictione, fructus tamen non contemnendos habet. Itaq; Tenutae vulgo genus id beneficiorum appellatur. Quo subsidio adiutus, voluntate hortatuq; Patris.

Uxorem duxit Ossolinam Hieronimi Ossolinij Castellani tum Sandomiriensis filiam ipso maxime Ossolinio ob ingenium Virtutumq; in eum praestantissimo annitente, sed non integrum annum Consorti eius usus eodem fere tempore, seu paucorum dierum intervallo et Patrem amisit, et Uxorem. Patrem quidem feria 6ta Septimanae Sanctae, Uxorem feria 2da post conductum Paschae, quarum hanc ob insignem pudorem, illum et ob suam in eum pietatem, et eius in se indulgentiam unice amabat. Post mortem Patris Praefecturam Belzensem summa Sigismundi Augusti voluntate obtinuit. Qua quidem in re solet commemorare in se benignitatem Sigismundi Augusti. Cum enim nuntio de Patris periculo accepto, lachrimas eum adiisset, non modo promptissime etiam contra morem suum in crastinum omnia differe solentis, si quid Patri accidisset, Praefecturam eam illi promisit, verum humanissime etiam consolatus, et lachrymas eius ipse fere abstersit, et quo minus res ab aliis qui foris essent sentiretur, nequaquam inter-pellatorum haberet, ut eas cohiberet, hortatus eum fuit. Cum qua quidem Praefectura ut quae et reditibus imprimis ampla, et quod Nobilitatem Iurisdictioni suae attributam splendidam potentemq; habeat, dignitate non potrema est simul maiores opes rerumq; gerendarum adiumenta excessere.

Itaq; cum non multo post ipsius Sigismundi Augusti mors consecuta fuisset in iis quae subsecuta eam sunt Interregnis, non solum ingenio Consilioq; verum opibus etiam et authoritate clarus inter primos, qui partes aliquas sustinerent haberi coepit. Morte Augusti publicata, conventuq; omnium, ab Archiepiscopo Gnesnensi, qui tum Uchanscius erat, veteri praerogativa ac more indicto, cum prius per Singulos Palatinatus de more Nobilitas convenisset, ante omnia de pace publica ac tranquilitate do

tate domestica tuenda actum. Cum ut fieri solet a compluribus Sen:
tentiae dicerentur, per Singulos Conventus alij Alia excogitassent. Zamosci:
us in Belzensi Conventu, duas potissimum eius rationes proposuit,
Unam ut Judicibus certis constitutis Judicia nihilominus Interregni tem:
pore agerentur. Alteram ut poenae quae Regibus superstitibus Jura vio:
lantibus irrogarentur, Interregni tempore duplicarentur, visq; quae ali:
is temporibus privati Judicij essent, publici per Interregnum Judicij
poena puniretur, quaeq; pecuniaria, aut carceris fuisset, cum mulcta
tum tempus carceris duplex eius, quod antea fuerat statueretur, quae sen:
tentia in eo Conventu comprobata, posteaq; ad alios etiam Conventus
perlata, cum omnes reliquae fere, per Universam Poloniam secuti eam
fuissent, in perturbatissimo omnium rerum statu, pax nihilominus ac
quies Publica, per omne tempus Interregni eius diligentia fere quae
unquam antehac servata fuit. Altera in eodem Conventu minore qui:
dem de re actio eius ad benevolentiam tamen Municipum captandam
non aliena fuit. Cum enim consuetudine ac more veteri per Poloniam
Singulorum Palatinatuum domestica quaedam officia, seu Magistra:
tus constituti sint. In Palatinatu autem Belzensi honores quo eadem
qui in aliis essent, maxime autem ~~Structorum~~ Senatorum, Stractorum aliorumq; nonul:
lorum non usurpari animadverteret. ad dignitatem Municipij sui attinere
iudicans, ne huiusmodi quoq; honorum numero ab Aliis separarentur, ut
per Interregni hanc occasionem ipsi sibi Magistratus hosce instituerent
quorum deinde Confirmationem, a futuro Rege peterent, author Nobili:
tati fuit. Jam ipsa Regis Electio quodammodo administrata sit, copiosi:
us explicare alienam a suspecto opere existimo, quod hisce libris non omnia
a quae eius de quo scribimus temporibus gesta sint, sola literis mandare
instituerim.
Ea igitur tantum commemorabo quae vel ab ipso perspecta atq; admini:
strata, vel cum rebus ab eo gestis ita coniuncta sint, ut commode ab iis
segregari non possint. Indicta Comitia Electionis ab Archiepiscopo ad
diem Mensis Anno Dni M. D. LXX 1570 Varsaviam fuerant. Ad quae cum
et Senatus, et Equester Ordo frequens convenisset. Prima seu delibera:
tio, seu Controversia, inter Senatum, et Nobilitatem, de Jure rationemq;
ferendi Suffragij fuit. Cum Senatus eam Suffragij lationem, vel ad
se solum vel certe non viritim ab Equestris Ordinis sed ad Palatinos per:
tinere existimaret. Qua in re cum Zamoscius se opposuisset, ac cum ra:
tione tum exemplis vetere memoria repetitis pro Equestris Ordinis Ju:
re contendisset, non modo Equestrem Ordinem, vel maxime ea re sibi de:
vinxit. Verum ipsam etiam rem, quae studiis multimodis niteretur facilius

evicit

eruit. Ante omnia externorum Principum, qui vel ipsi Regnum peterent, vel Candidatos alios commendarent, Oratores auditi fuere. De eorum deinde petitionibus Equestri Ordine omni circumfuso, a Senatoribus sententiae dictae, quibus per aliquot dies dictis, inde Equestris Ordo diversus discessit. Quo commodius tota de re judicare et de Singulis Candidatis suffragium ferre possit, duo cuiusq Candidati, alterum laudatorem, alterum qui contra diceret excitarunt, qui quae in cuiusq Electione commoda, quae incommoda esset, disputabant. Verum qui vel ipsi partes sibi aliquas adiunxerant, vel in quos studia hominum sua sponte tum maxime propenderent, duo fere petitores erant, Maximilianus Imperator Unus, alter Henricus Dux tum Andegavensis, postea Rex Galliarum, Sveciae Principem Sigismundum, qui nostra aetate ad Regnum pervenit tum adhuc fere Infantem cum Avunculi memoria, tum Matris lectissimae feminae absentis favor, tum praesentis etiam pietas plerisq commendabatur. Sed quae res si reliqua in eo fuisset maximum momentum attulissent, partim contra maximas Competitorum partim contra Incommodorum, quae aetas ea invehere poterat metum parum tum poterant. Moschus pro fastu et arrogantia Regnum quidem ipse non petebat: non paucos tamen cum amplitudo Imperij eius tum perpetuae pacis commoda ducebant, quae utraq hac ratione parari Regno posse videbatur. Maximeq ipsius Jagiellonis exemplo movebantur, qui pari ratione ex barbaro Christianus, ex hoste Rex factus, cum M. Litt. Ducatum Regno adiunxerat, tum stabilem in hanc usq diem eidem pacem pepererat. pauci Alij de Piasto disputabant magis, quam quod vel in tanta Aliorum contentione eum consistere, vel in tot suffragatorum ambitione, quorum quisq sibi mallet ad eum Regnum devenire posse existimarent, serio pro eo contendebant. Hoc autem nomine omnes privato loco natos, quorum in Electione ratio habebatur appellati ex Piasto, eo ad quem Oppidanum Crasniciensem in maxima Nobililitatis dissensione miraculo quodam Regnum delatum, antiquitas nobis tradidit, usui iam obtinuit. Inter nos etiam cum fere omnis ambitio versaretur, in eosdem etiam studia hominum scissa erant. Verum eorum qui Maximiliano studebat, quod nomen eius apud maximam partem Equestris Ordinis non satis gratum esse scirent, verum aliis potius studere se simularent: quos postqm partim Judicia hominum, partim res ipsa repudiasset, in Maximilianum tandem convenirent, ut non tam sponte eum elegisse, quam vel necessitate, vel Aliorum penuria reiecti quodammodo ac compulsi ad illum viderentur. Itaq partim Sveciae Principi, partim Piasto se favere

praeseferebat

præseferebant, quorum illum ætas ipsa a Repub: capessenda repellere vi:
debatur: hunc autem partim non magno studio rem agendo, partim hu:
iusmodi nomina, quæ ridicula plerumq; essent, in iocum fere ac contem:
ptum adduxerant. Zamoscius eo animo ad Comitia venerat, ut pro
Moscho laboraret, quod non eadem spectares quæ superius demonstrata sunt
maxime et cum utilitate publica coniunctum Imperium eius fore iudicabat,
et in eadem sententiam utilitatis magnitudine reliquos etiam non diffi:
culter impelli posse: sed homines omnes ferè per se contemnentis, tantus
tunc partim potentiæ ac dignitatis suæ opinione inflatus, partim Victo:
riis aliquot ac rerum successu auctus fastus erat, ut in tam ampli Regni
non dubiam spem fortuna in sinum quasi eius detulisset: ne Legatione qui:
dem aliqua eos, a quibus id expectare debeat dignandos existimaret, seu
quod verè id contemneret, seu quod alienam in dignitate sua petitionem iu:
dicaret: sive etiam quod metu ac necessitate ipsa Ordines Regni compulsos ul:
tro ad se ad delaturos sibi persvasisset. Itaq; non modo legationem ullam pe:
tendi Regni causa miserat: verum per Goniecium quo nomine Tabella:
rios appellant, qui nonnunquam Maiores legatos præcedere, deq; aduentu
eorum significare solent, ut legati qui de Regno acceptando secum agerent,
ad se potius mitterentur, postularat. Quæ res cum ultra alia, quæ ab illo
creando dehortari homines poterant, maxime omnium animos alienasset. Za:
moscius etiam ad Gallicas partes se transtulit, quas et firmissimas esse tunc
fere intelligebat, et utilitati atq; dignitati maxime tum accommodatus in:
dicabat: Ab aduersis partibus aliquibus, quemadmodum ostensum est, ita
propagatio ea sine tractu, ut cum tacite Maximiliano faverent: quod Gal:
licas partes fere superiores esse viderent, partim quo moram aliquam stu:
diis hominum interponerent, partim ut suum studium quod opportunum
esset, celarent, cum aliis tum maxime Piasto laudando tempus eximerent.
Quod cum animadversum a Zamoscio esset, quantum aliis ad ducen:
dum tempus demptum esset, tantum ad Andegavensis Ducis eligendi
facultatem accessurus ratus. In primis ut Piastus excluderetur operam
dandam censebat. In quo cum hærere ex Equestri maxime Ordine no:
nullos viderit, ipse nullam spem tenere eum posse habebat. Itaq; cum
cæterorum Principum, imprimisq; petitorum legationibus semotis ad
dicendas sententias in Consilium Nobilitatis iret, iniecit apud Nobilita:
tem mentionem de iis, quorum ex Indigenis ratio haberi deberet. Quem:
admodum enim aliorum petitorum legationibus absentibus sententiæ
dicerentur, ita ut ipsi quoq; cum sententiæ dicerentur abessent, verum
censebat. Quare a plerisq; comprobata, ab omnibus autem tanquam
nova studiose arrepta, cum qui profiteri auderet, nemo existeret, omnis de

Piasto

Piasto deliberando sua sponte acquievit. Moschosq arrogantia sua, Piasto ea de qua dictum est ratione, cæteris aliis rebus exclusis, omnis reliqua de Regno Contentio, inter Maximilianum fere et Henricum versebatur. Maximiliano æmulatio fere quæ inter vicinas Nationes easdem lingua et moribus dissidentes, ut plurimum existere solet, ab eademq res metus libertati tum inveterata, apud plerosq de duriore nonihil Occidentalium Principum in Nobilitatem præsertim Imperio, ab iisq qui illi adversabantur, studiose aucta opinio, non parum vero etiam Turcici belli motus oberant: qui ex altera parte pro Henrico fere omnia faciebant. Quod enim tot locorum intervallis semoti a Polonia Galli sint, et quemadmodum gratia ita Contentio etiam nulla unqm fere iis intercesserint, æquine animo Gallum quam Germanum sibi imperantem laturi plerisq videbantur: eandemq ob causam libertati etiam nunqm ab eo periculo verebantur: ut quam opprimendam per tot terrarum longe dissitarum spatium, neq militem suum, neq aliorum hominum multitudinem tanquam in Coloniam aliquam, quod inter Vicinos aliquando fieri solent satis commode traducere posset. Quod autem Turcæ etiam Vicino tam potenti et gravi fœderatus esset, non modo nulla cum ipsius offensione, verum summa etiam gratia electum eum iri constabat. Quæ cum omnia ille haberet accedebant, ac ea legatorum quoq ipsius cum industria summa, tum studium. Inter quos Principes Bibracius partim muneribus, partim promissis, partim precibus, ac blandiciis, ut quemq maxime cuiq rei idoneum repererat, quam plurimos sibi adiunxerat. Maxime autem ipsæ Conditiones quæ proponebantur huiusmodi erant, ut et dignitate et utilitate facile quosvis allicerent. Quibus quidem rebus cum ad eas partes plurimi accessissent, et tanquam in novare, non artibus ambitionis animi imbutis, aut nimio etiam odio exulcerati essent, Numerosiori parti minor cessit, Communiq omnium consensu, aut nullo saltim repugnante. Henricus Rex pronunciatus fuit.

Verum cum in tanta rei insolentia neq remunerandi Regis, neq Decreti Electionis scribendi, multo minus autem Regis invitandi, conditionesq et Regnum ei deferendi quisquam modum ac rationem teneret. Zamoscij potissimum consilio explicata res fuit. Cum enim inter Alia scripta publica in Archivo Regio, quod commissum illi fuisse supra ostendimus. Ludovici Hungariæ Regis, in Poloniæ Regis Electionem, decretumq de ea Electione factum legisse se meminisset, eo prolato ex ipsius præscripto cum per Mareschalcum Rex pronuntiatus fuisset, tum Decretum ad Superioris exemplum

perscriptum

prescriptum quod q Decretum id ad Regem Electum deferrent, mq conditiones eum Juramento obligarent, Legati designati fuerunt, alij Senatorij Ordinis, alij Equestris, inter quos Zamoscius tanquam Prefectus Belzensis Princeps. Quibus rebus ita administratis iuramentoq in conditiones Legatis Regijs prius accepto ad Regnum ipsi Regi deferendum, Ordinum Legati profecti. Excepti cum ab ipso Henrico, tum Fratre eius Carolo eius Nominis IX Galliarum Rege, liberalissime atq munificentissime fuerunt. Delectus autem religiosorum omnium consensu unus ex omnibus fuit, qui communi Legatorum nomine, coram publico populi omnium Ordinum Regni solenni Oratione publice Regem renunciaret et cum Judicium de eo Ordinum Regni, tum Decretum in quo id prescriptum erat Regnumq ipsi deferret. Qua Oratio ab eo scripta, typis edita cum publice extet nihil de ea dicendum videtur. Maxime autem prudentia eius in ea eminet, quod cum sine religiosorum competitorum mentione, non recte id fieri posse videretur, in loco in primis difficili ita versetur, ut cum Henrico illos conferendo, non tam de Aliorum competitorum dignitate quid quam detrahat, quam tandem augenda illius ipsius dignitatem augens. Erat iam ante notus, et commendatus Henrico, quod et consilio et opere eius, multis in rebus usi legati fuerant. In hoc autem munere legationis, et deinceps religiosissime in Poloniam, ita industriam suam Henrico probavit, ut inter paucos, imprimis et gratus et familiaris ei esset. Itaq primum inter intimos Cubiculi Prefectos eum asciuit, postea cum in Poloniam venisset, Prefecturam Knyszynensem, cum honoris tum maximè remunerandi eius causa illi contulit. Est enim Prefectura illa Podlachiæ terminis ampla et fructuosa, Sigismundo Augusto ita grata ob id existerat, ut et magnam vitæ partem ibi augere, et eam finire etiam ibi voluerit. Cæterum ut Aliis temporibus, ita maxime in auguratione Henrici, et consilium Zamoscij et authoritate valuit. Per tempus Interregni, ipsiusq adeo Electionis Henrici, certarum quarundam rerum, quæ partim ad commoda, partim ad libertatem publicam pertinerent Novas leges Nobilitas sive constituerat, maxime autem quia de Religione dissentiebant exemplo dissimilibus in rebus superioribus et temporibus frequentato, Confœderatione inter se facta sibi caverat, ea q ut inter alias Conditiones Regni antequam Regnum acciperet, ipse etiam Henricus confirmaret sanxerat. Legati eius in ipsa iam Electione in omnes conditiones proposita nomine eius iurarunt, ipse etiam Henricus Lutetiæ. In inauguratione quod more et consuetudine repetere iusiurandum Reges solent

aut in contio

ant in controversiam leges ea non tam ab ipso Henrico, quam ab Ecclesiasticis vocata fuerunt: quos cum alia res, tum confœderatio, qua omnium fere Religionum libertas constituebatur, maxime offendebat, disputatumq; a quibusdam fuit, quod Interregni tempore lata ea leges essent, nullam vim aut authoritatem illis tribuendam esse. Quod enim ea ratio Reipub: esset, ut ex tribus fere Ordinibus, tanquam membris quibusdam, Regem nimirum, Senatu, et Equestri Ordine constaret, quod sine uno Ordine Rege præsertim, qui tanquam Caput esset actum videretur, eo nullum minime autem Regem teneri posse. Quibus rebus et Henricum in eam sententiam iam adduxerant, ut in conditiones eas, Iuramentum præstare omnino recusaret, et magnam partem Nobilitatis in tantum exgasillandum, ut omnia prius expetiri, quam non in omnes conditiones iuramentum inaugurari pati vellent. Quantum alij, præsertim qui de Religione dissentirent periculum sibi, libertatiq; sua fore iudicabant, nisi quæ libertatis causa in Interregno constituta essent, iureiurando rata haberet, partim verò qui adversarij Henrico in Electione fuerant, vel a Regno eum per hanc rationem repelli, vel difficultatibus huius modi intricari, non molestè ferebant. Itaq; cum Henricus in sententia perstaret in eum fere locum res adducta erat, ut maxima pars Nobilitatis publicè iam fidem obsequiumq; renunciare, omninoq; Regnum ei abrogare vellet: quam rem cum etiam iis a quibus necessaria existimabatur, plenam tamen periculi ac difficultatum ~~rem~~ videri necesse esse, interposuit se Zamoscius: atq; ea quidem quæ a Nobilitate semel constituta essent, rata esse oportere, multis rationibus ostendit. Ut verò sine omnium Ordinum consensu, vel Imperium Henrico a paucioribus abrogaretur, vel etiam inauguratio diutius distraheretur, partim publicè periculosum, partim non paucorum, sed omnium authoritate fieri, et posse et debere disputabat. Itaq; ut Henricus quidem statim inauguraretur suasit. Nobilitas verò exceptione Iuri suo caveret, extra quam nisi in propriis Comitiis omnes Conditiones iuramento confirmasset; in iisdem Comitiis, omnium Ordinum authoritate, tota de re ipsiusq; Henrici Imperio amplius statueretur, quâ ratione accepta, res quidem ad hunc modum transacta a Zamo:

da, a Zamoscio tamen non parum odij, atq; invidiæ, apud partem a-
liquam Nobilitatis susceptum fuit. Non multis enim mensibus post,
Henricus Nuntio de fratris Galliarum Regis morte accepto, cùm
Cracoviâ repente discessisset, per Germaniam et Italiam in Galliam
se recepit. Itaq; cum antequàm Comitia haberi potuissent Regnum
ultro reliquisse videretur, cum alibi tum maxime in Conventu Nobili-
talis Russicæ, qui post discessum Henrici, ut Aliorum Palatinatuum
indictus fuerat, a nonullisq; a quibus in Electione ipse dissenserat, ex-
agitatus fuit, quod non omnibus Conditionibus ab Henrico prius con-
firmatis, inaugurandi eius author fuisset. Sed cum Consilium suum
et temporis necessitate et ratione facile probasset, non diuturna illa
invidia fuit, eoq; magis quod ab iis voces in illum asperiret, qui magis
partium, quam ipsius rei odio illum persequerentur. Verùm discessus
Henrici, ut diversos quidem animorum motus ita Reipub: perturbatio-
nem, atq; ex eo metum eundem omnibus fere attulit. Quemadmodum e-
nim, qui diversarum partium fuerant, discessu eius quodammodo recreati
videbantur: qui eligendi eius authores fuerant, maxime movebant, neq;
tam ipso discessu eius, quam quod et sua se spes et ipsi Aliorum Opinione
fefellisse viderentur. Quod autem Regnum non solum omnino præsi-
dio destitutum, verum in incerto etiam statu relictum videbatur, in ma-
ximo metu omnes erant. Hoc igitur rerum statu mox post discessum Hen-
rici primum per singulos Palatinatus, deinde communis omnium Or-
dinum conventus, in quo de Summo rerum deliberaretur, Varsaviam ab
Archiepiscopo indictus fuit. Ex eo litteræ ad Henricum omnium Ordi-
num nomine missæ fuerant, quibus ut quam primum rediret monitus
fuisset, Mensis Maius ad reditum præstitutus ei fuit, intra quem nisi
in Regnum rediisset, Ordines sibi ipsos et re Consilium capturos, atq; ad
Novi Regis Electionem aggressuros, ei denuntiabatur. Non reverso ad ci-
tem Henrico ad Mensem Maium, Stężycæ, quæ Palatinatus Sandomiri-
ensis nobilis in primis Præfectura est, conventum. Convenerant eo Lithua-
ni, et frequentes et armati, qui plerique Maximiliano studebant. Polo-
nis etiam Senatoribus non pauca earundem partium. Qui Equestris
Ordinis studia ac partes, quæ ab Austriacorum Principum Imperio
semper abhorruerant, vel sequerentur vel tuerentur. Maxime Andreas
Tenczinius, Palatinus tum Belzensis, Stanislaus Gorka, Palatinus,
postea Posnaniensis. Nicolaus Firlej, Præfectus tum Sandomiriensis

in primis erat

imprimis erat. Sed quia de Equestri Ordine, non satis multi convenissent, neq; numero, neq; Copiis et commitatu, neq; armis, si quid hisce agendum esset, pares cum ceteris esse poterant. Itaq; cum si Alij ad Electionem accessissent, nullatione quacunq; Maximilianum eligerent, obsisti iis posse viderent, imprimis quidem ut vires aliquas sibi adiungerent operam dabant: contraxerant iam tum Equitatum, tum Clientum et amicorum Copiam non contemnendam: huiusmodi tamen, qua magis ipsos contra Aliorum Vim, quam quid de Repub: sentirent, tueri ac defendere possent. Itaq; cum multitudine et viribus Inferiores Adversariis se esse intelligerent, omnia in consilio ponendum sibi esse videbant.

Cognoverat Zamoscius secreto mandatum legatum Cæsarem, fuisse ne alia Conditione Regnum acciperent, quam si publice primum abrogatum id Henrico fuisset, deinde communi omnium consensu sibi deferretur, quod ut fœderibus, quæ inter Domum Austriacam atq; Reges Polonicæ intercedunt, maximè consentaneum est. Discrete enim caput quodam in eo caveturi, ne ad alterius Regna alter aspiret: ita cum illos præter mandata nihil etiam facere posse intelligeret. Sive de Henrici Imperio quidquam ibi statueretur, obtentum esset. Ea vatione Maximiliani simul Electionem dilatam iri intelligebat, ac si ad Alium Conventum respectraherentur, maiore numero Equestrem Ordinem conventurum, firmioresq; partes eius futuras sperabat. Quare operam dare primum cœpit, ut id ipsum Caput ex fœderibus publicis exscriptum, quo nisi Henrico Imperium abrogatum esset, Maximilianus id petere vetari videbatur, in plurimorum manibus versaretur, secessione deinde cum iis, quæ Equestris Ordinis partium erant insepavatum ab iis locum, ac veteres cuiusdam arcis ruinas Reciechow vulgo dictas facta, de vatione Conventus ipsius differendi, agitare cum iis cœpit. Sub idem fere tempus, satis magna manu facta excursionem in Russiam Tartari parare nuntiabantur. Itaq; cum pauci quemadmodum ostensum est ex Equestri Ordine convenissent, scripto sententia sua comprehensa, quo utrang ea: am causam demonstrant, eo aliis tradito, ut in alium Conventum tota res differatur, maxime verò ne Henricii Imperio quidquam tum innoteretur postulat, aliterq; si fiat quidquid se et reliquo Equestri Ordine absente actum esset, id tanquam maxima parte absente actum ratum non habitum iri testantur. Adiuvabantur sane hac in re cum ab Archiepiscopo Gnesnense, tum a Palatino Cracoviense Zborovio quorum ille non

tam a Maximi-

tam a Maximiliano alienus erat, quam Henrico adstudebat, hic autem quod maxima invidia Henricani Imperij cui quasi praefuisse apud Henricum putabatur, imprimisq; Iudicij de fratre eius Samuele ab Henrico contra leges facti, largitionumq; immensarum invidia flagrabat, quo eam minueret partim dabat se Equestri Ordini, partim ne eam augeret, resistere illi non audebat. Quod si reliqui tandem nihilominus ad Electionem tum accedere voluissent, quam qui illis visus fuisset, Regem eligere potuissent, nemini dubium est. Ad Henrici enim Imperium quod attinet, cum omni Ordinum authoritate et consensu certa dies praefixa, intraq; ea nisi redisset, ut tum ad Novi Regis Electionem accederetur, ab iisdem statutum fuisset postquam illa cessisset solemnem Regni eius abrogationem nemo magnopere expectabat. Cum vero is ipse etiam Conventus Novi Regis eligendi causa indictus esset, diserteq; cautum legibus sit, ut qui ad Electionem non venisset, Iure Electionis uti non posset, neq; horum discessus, neq; Aliorum absentia, quo minus qui ad Electionem venissent, eam perficerent impedire posse videbatur. Quod equidem eo facilius illis fuisset, quod Viribus etiam atq; Copiis Superiores tum erant. Verum sine illi neq; sine Caesareorum Legatorum assensu progrediendum eo sibi putarunt, neq; hi sine novis mandatis Superiora excedere ausi fuerint. Sive etiam quod ea de protestatione Equestris Ordinis nomine interposita, quibusdam rationem eius habendam, aliis negligendam eam censentibus, convenire inter eos non posset, interimq; quibusdam dilapsis, caeteri etiam dilaberentur. Sta Conventus ille tum solutus fuit, ut re infecta utrinq; ex eo discederet, consecutus hunc tertius Conventus fuit, qui studio atq; opere eorum, qui Maximiliano favebant, sub idem fere tempus, quo Tartari eruptionem Leopolim fere usq; factã, omnia igne et ferro vastabant, Varsaviam in diem Mensis indictus fuerat. In quo studia partium, fere eadem contentio maior exorta fuit. Diversum autem a Superiore Electione quid in hoc observatum fuit, quod cum illa per Singulos Palatinatus Nobilitas suffragium ferret, in hoc ut intra diem septum, uno atq; eodẽ loco Equester Ordo cum Senatu de Rege eligendo deliberaret placuit. Res per aliquot septimanas ducta, Sumptuq; non modo a Senatoribus, verum etiam a privatis multã dictã fuerunt. Petitiones praeter Austriacos Principes fere nulli erant. Stephanus enim Batoreus, tum Transilvanicã Palatinatus, qui melioribus Regni huius fatis cum superiore Interregno Legatos non misisset, sive a Samuele Zborovio, qui post eidem Vaponij Castellani Posnaniensis ab Henrico proscriptus in Transilvaniam ad eum se contulerat impulsu,

sive ex Superiorum

sive ex Superioris Interregni exitu in spem aliquam adductus, Legatos quidem ad hoc Comitia miserat, Regnum tamen aperte, vel iudicio non petebat, vel petere non audebat, ne ex Austriacis Principibus aliquis eligeretur, propter metum belli Turcici, cui ipse inter utriusq; ditiones interiectus, maxime obnoxius futurus esset, solum laborare videbatur. Itaq; Indigenam tantum commendabat eumq; in rem si Indigena aliquis electus esset, certam pecuniam subsidio, si quo opus esset promittebat. Itaq; omnis fere ambitio in duos distincta erat. Principes plerig; in Maximilianum Imperatorem propensi erant, qui libertatem popularem et Equestris Ordinis Ius defendere videri volebant, cum quivem Maximiliano opponeret, alium non haberet. Piastum inculpabant. Principes, sententiæ huius e Senatu, Stanislaus Karnkouski Episcopus tum Cracoviensis Petrus Zborovius Palatinus Cracoviensis, Joannes Kostka Palatinus Sandomiriensis, Andreas Tenczynius Belzensis Palatinus, Andreas Zborovius Curiæ Marschalcus. Ex Equestri Ordine Stanislaus Gorkanus, Zamoscius atq; alij complures erant. Maiore enim iam ad hæc munere quam ad superiora Comitia convenerant. Maxime autem Zamoscius in eam sententiam incumbebat, cumq; animadverteret eam in plerorumq; animis opinionem insitam, ut fulgore quasi Maiestatis Principum perstricti, nullis nisi quam Regio Genere nati sint, Regna mandata vulgò existiment, copiosam imprimis ac luculentam hac de re Oratione apud Nobilitatem habuit. In qua cum alia multa quibus Piastum quæ alteris commendaret, summa cum approbatione omnium, dicta ab eo fuerunt, tum maxime ut reliquos Reges ac Principes, non tam genere ac studiis, quæ fere homines atq; ordines inter se distinguerent, quam honore atq; opibus reliquam Nobilitatem antecedere ostenderet. Nam et militaris rei studia, quam tanquam artem quandam propriam exercuerit, utriusq; proposita, et ab iisdem fere initiis, utrosq; præfectos esse ostendebat, quibus nunc Reges, ac Principes, Ducum, Marchionum, Comitum et Similium titulis ornarentur, non naturæ sed dignitatis, ac Magistratuum nomina esse, quibusq; illa ab initio tradita fuerint Equestris Ordinis homines fuisse, quos si ad posteritatem illi transmisissent, tantum abesse ut propterea conditionem reliquam Nobilitatis exuerint, aut in præstantiorem transierint, ut accusandi potius essent, quod quæ publica fuissent omnium, ea privata sibi suisq; usurpassent, omninoq; Equestrem Ordinem apud omnes gentes eum esse, ut a quo alios ipse summa

Imperia admini-

Annam Sigismundi Regis Augusti Sororem in Reginam Poloniae eligunt

Imperia administret, apud Alios Regum atq Imperatorum seminarium sit. Grata adeo omnibus Oratio fuit, saepe ut gloriari soleret, duabq maxime contrariis diversis in rebus, summo non modo assensu, verum applausu populi se versatum. Una cum excluderet Piastum, altera cum eundem induceret. Cum quemadmodum ostensum est diures extincta fuisset, quiq Maximiliano suffragabantur, alios ad sententiam suam adduci posse desperarent, re communicata ex eo loco, qui ad vera Consilia et Electionem septus erat, separatum in locum concesserunt, re ab aliis qui relicti erant intellecta, Legatos ad eos miserant, qui partim ad coniungenda rursus consilia eos invitarent, partim ad totius Regni sustentationem hortarentur. Illa legatione vel spreta, vel eximendi temporis causam interpositam rati, altero mox die Archiepiscopo Gnesnense renunciatore, Maximilianum eligunt, Conditionibusq ab Oratoribus ipsius acceptis et iuratis per Andream Opalinscium quoq qui Mareschalcus tum Regni, erat, Regem renuntiant. Qui ex altera parte relicti erant in loco ad Electionem capto, ex quo priores discesserunt, Consilia sua nihilominus prosequebantur. Etiam ab initio quidem, quibuscunq rationibus, a Maximiliano eligendo dehortari alios conati, ut quemcunq potius alium, qui illi videretur eligerent, optionem eis dederant, cum quemvis potiis, quam Maximilianum se laturos ostendissent. Deiecti ab hac spe ex Indigenis ipsi eligunt, Joannem Kostkam, Palatinum Sandomiriensem, et Andream Tenchynium, Belzensem Palatinum: ut qui ex his ce magis illis idoneus esse videretur, ad horum saltim alterutrum, Maximiliano accederent, Cum et apud Alios, frustra omnia tentari viderent, et ij de quibus dictum est, uterq excusaret, tum vero contra tantas opes Caesareorum externis seu maioribus viribus opus esse intelligerent.

Ad extremum postridie Annam Sigismundi Augusti Sororem quae innupta, et in Regno relicta erat Reginam eligunt, ei maritum et Regem, Stephanum Bathoreum Transilvaniae Palatinum adiungunt. Qua re non modo Stephani Virtute, de qua maxima opinio tum erat, et Transilvanicis opibus contra adversariorum potentiam se munivisse Verum gratiam etiam atq studia hominum, quae propter memoriam Nominis Jagiellonici in Annam maxime erant, partim retinuisse partim magis sibi conciliasse videbantur. Ad hunc igitur modum, re ex hac parte administrata, tandemq cum Transilvanicis Legatoribus etiam transacta, ita utrinq ex Comitiis discessum fuit, ut ad suum Candidatu accersendum, utraq pars legatos, et designaret et mitteret. Cum Caesariani

quemadmodum o:

quemadmodum ostensum est, et authoritate et opibus prestare, fere viderentur. Equestrem Ordinem, et communem populi favorem, Maximilianeo tamen adversum habebant. Bathoreum enim valde et ad confirmandos suos, et adversarios deterrendos, atq; ad summam pertinere vel vati, ut hominum studia quam maxime perspicerentur. Scripto publice de Electione hac edito, cum omnem rem quemadmodum acta essent narrant, tum quo Nobilitatis animos, et magis contra alios inflammarent, et ad suam causam adiungerent, quod ex ipsis partibus in dissensione neutra pars iudex esse posit, ad Universa Nobilitatis iudicium provocant, Conventusq; hac de re primo Singulorum Palatinatuum deinde Universa Nobilitatis Andreioviam indicunt. In quo uter legitime Rex electus ab Universa Nobilitate statueretur. In quibus omnibus rebus una quidem cum iis, qui supra Nominati sunt, sed tamen ita Zamoscius versabatur, ut huius fere consilio, atq; opera administrarentur. Et si enim Magistratum nullum tum adhuc gerebat, propter Ingenium tantum atq; prudentiam Maiori fere apud Nobilitatem authoritate erat, quam qui in magistratu et honoribus constituti essent. Quod vel maximum fere ac solida virtutis ingenium videri posit. Cum enim authoritas nihil aliud fere sit, quam de virtute, atq; prudentia alicuius hominum opinio, tamen ita fere comparatum est, ut etiam sine iis rebus Magistratus atq; honores ipsi plerisq; authoritatem concilient, quos ut plurimum homines inanibus titulis, et imaginibus externisq; rebus decepti, in quibus prudentia a virtutum esse videant, in iis virtutem ipsam inesse existimant. Ut privati Adolescentes magnam authoritatem apud Cives suos habeant, et omni memoria paucis admodum contigit. Si quibus autem contigit, iis contigit, qui tam excellenti virtute essent, ut etiam sine ornamentis illis atq; insignibus magistratuum omnium tamen oculos atq; animos in se converterent. Quod fere idem de Zamoscio dici potest, qui cum et etate vix esset virili, et magistratus maiores tum nondum gesserat, in tanta tamen iam existimatione erat, ut authoritatem eius in omnibus fere rebus Nobilitas requireretur. Ille consilia et rationes rerum gerendarum subministrabat. Ille in quacunq; parte opus esset oratione impellebatur, ille cum legatis tractabat, ille quæ publice scribenda essent omnia scribebat: illi plerisq; in rebus nobilitas se credebat. Itaq; cum propter temporis angustiam propediem plura agenda essent multi etiam ad res domesticas dilaberentur, plerumq; alba subscripta, et signata in quibus ille deinde quæ opus esset perscriberet penes illum

vel inquebant.

relinquebant. Hoc igitur authore et conditiones cum Legatis Transylvanicis transactæ, et Stephanus vocatus, et Conventus per Regnum, non modo indicti, verum habiti etiam ac celebrati fuerunt. Quæ res quantum opportunitatis habuerit, usus ipse postea docuit. Cum enim Equestris Ordinis hominum ex omnibus partibus Regni magna multitudo Andream Seroviam convenisset, publico eius Conventus decreto, cum Stephani Electio tanquam legitima approbata fuit, tum altera Maximiliani abrogata. Quæ res non modo eorum qui in partibus eum erant animos confirmavit, verum aliorum etiam vel proclives in partes magis adiunxit, vel dubitantes impulit. Quamvis ut hæ quidem ex partes in numero superiores erant, ita alteras cum authoritate, tum formidine hisce fere præstitisse, vix negari sit. Habebat enim Maximilianus Senatum fere Universum, habebat Lithuaniam, habebat Prussiam. Verum dum ille vel in deferendo, vel conditionibus Stephano retinendo spem aliquam habet. Dum Conventum Ordinum Imperij Ratisbonæ agit, dum deliberat, Stephanus celeriter omnia consuienda ratus, Conditionibus a Legatis acceptis, iuramentoq; in eas præstito, Magnis itineribus primum Leopolim, deinde Cracoviam venit. Ubi ab Episcopo Cuiaviensi Stanislao Karnkowski, cum Archiepiscopus Gnesnensis, qui Maximilianum nominaverat, ad inaugurationem vocatus, parere recusasset. Maximiliano adhuc Conventum Ratisbonæ agente, solenniter inauguratus fuit.

# LIBER SECVNDVS.

Hactenus quæ ad privatam Vitam Zamoscij pertinebat, exposita. Nunc quæ in Magistratu ab eo gesta. Quod enim et studium eius erga se et Legatis suis, ingenium verò atq; industriam ex re ipsa tantum Stephanus perspexisset, quanta nunquam in alio esse possent, statim post inaugurationem, ut Cancellario eo creato, omnium Consiliorum participem atq; administrum sibi adiungeret, cogitare cœpit. Cancellarius erat tum Valentinus Dembinius Sigismundi Augusti, adhuc beneficio, vice Cancellarius erat tum

lavius erat tum Petrus Divinus Wolscius, ab Henrico nuper creatus Dembinium Castellanatu Cracoviensi, qui tum forte vocabat, Princeps autem authoritate in Senatu authoritate et dignitate locus est, et stipendio proposito, ut Magistratu cui iam per ætatem, etiam non par esse iubebatur, se abdicaret adduxit, in eius locum Volscio provecto, Zamoscium primo Vicecancellarium non multo post autem Episcopatu Plocensi ad Volscium delato, Cancellarium creat: in quo munere quomodo versatus Zamoscius sit, priusquam exponam, pauca qui tum rerum status fuerit, cum Stephanus in Regnum venisset significandum videtur.

Principio ex diversitate Electionis, et studiis, partim summa dissensio erat, neq; modo inter Singulos, verum partes aliquot Universas, nam et Lithuania et Prussia eadem Electione alienata, in partibus Casimirianis adhuc perstabant. Qui autem per ipsum Regnum diversas partes sequebantur, Senatorij Ordinis, non pauci, multi amplissimorum familiarum homines erant, qui neq; propter potentiam facile negligi potevant, neq; sine multa offensione opprimi. Electionis dissensionem cum Religionis in multas sectas per Regnum distracta diversitas, tum Superiorum temporum maxime autem Interregnorum licentia auxerant, ita ut turbatum ac dissensionum omnium plena essent. Ærarium ita exhaustum atq; inops, ut non modo Belli præsidia nulla essent, verum vix quo in pace dignitatem suam tueri Rex posset, superesset. Nam et ab Augusto, præter Gazam Sycocinensem, quæ supellectile aurea et argentea continebatur, numerata pecunia fere nulla relicta erat, et reditus publici ab Henrico vel obsistere importunis nonnullorum petitionibus non valente, vel quod brevi Regnum relicturus erat, non curante variis donationibus, in privatos fere homines distracti omnes erant. Foris gravis a Maximiliano metus erat, qui sub idem tempus Conventum Ordinum Imperij habebat, Bellumq; acerrime parare nuntiabatur.

Ab altera parte Moschus Livoniæ, Lithuaniæq; infestus imminebat, maxime autem Livoniam omni genere crudelitatis gravissime vexabat, In Russiam verò Tartari mox à discessu Henrici excursione facta, Leopolim fere usq; igne et ferro omnia vastarunt; et eo ipso tempore, partes aliquas Russiæ agebant, ferebant. Ita foris partim armis hostilibus, partim metu armorum mitus domestica dissensione omnia oppressa: præsidijs autem fere omnibus destitutum Regnum videbatur. In hac rerum perturbatione, cum Magistratus hic Zamoscio delatus fuisset, prima quidem eius cura fuit, ut ipsum quæstorium, seu Cancellariam, Scribasq; ac Scribas subiectos sibi, in ordinem redigeret, iisq;

vitijs quæ tra-

vitiis quae tractu temporis invecta iam in Cancellariam erant perpurgaret. Quod enim Superiores Cancellarij vel nunquam diligenter ea animadvertenda putassent, vel cupiditatem hominum nunquam coercere potuissent. Eoiam ferè res adducta fuerat, ut omnia prorsus maxime quidem quae ad Oppida et Oppidanos homines pertinebant Venalia in Cancellariis essent. Itaq et in eadem causa contraria edicta seu mandata et partim die non expresso sed spatio vacuo ad eum relicto, partim circumducto die, ut commodum petitori erat, aliae eius generis literae, quae cum Iure aliisq literis ante editis pugnarent, vel in quibus aliud quam actum esset simularetur, saepissime impetrabantur, et lites inter homines alebantur. Maxime autem ipsius Regis authoritas, cuius nomine et titulo omnes literae eduntur, in maximum aliquando apud eos, apud quos minime debebat, contemptum adducebatur, cui corruptelam aliquam ante omnia obviam eundum Zamoscius ratus; Leges certas iis, qui in hisce functionibus versabantur praescripsit: quibus et ea quae supra demonstrata sunt, vetabantur, et ex quarum praescripto in Cancellaria administraventur. Quo minus aut abripi ab aliquo posset, quod ante in more non fuerat, ut externarum Cancellariarum more, quilibet Secretarius iis, vel quae ipse praescripsisset, vel Regi subscribenda obtulisset, suum etiam nomen subscriberet: Neq ante signaretur, primus instituit, quosdam non parentes partim etiam, ut exemplo aliis essent, a Cancellaria removit. Primis praesertim temporibus, priusquam idoneum ad huiusmodi Scriptiones Secretarium sibi adiunxisset, ipse scribere solebat. Ad publicas deinde res, et eas quibus status Reipub: maximè continetur conversus, ante omnia ut quibuscunq rationibus domesticas primū dissensiones pacaret, Author Regi fuit. Adversariorum duplex fere genus erat. Alij enim in armis erant; alij etsi ipsi etiam Maximilianum expectabant, a vi tamen abstinebant, et vel domi suae se continebant, vel verbis et oratione tantum Stephano adversabantur, ita ut hi dignitati tantū eius alij salutis etiam inimici viderentur: Neq cum arma ipsi in manibus haberent, aliter quam ab armis ad officium revocari possent. In his qui in Polonia essent Principes fere Albertus Lascius Palatinus Siradiensis erat, qui tum quidem in ditionibus Caesaris aberat: Lanckoronam autem Castrum versus fines Hungariae, aliquot supra Cracovia milliaribus non immunitum tenebat praesidio. De quo cum omnes vexarentur, ne partim aditum per id in Regnum Maximiliano daret, partim si Cracoviā oppugnare vellet, sedem quasi belli in eo collocaret, iam in ipsa Coronatione, ut armis id in potestatem Rex redigeret, statutum ab omnibus fuerat. Missusq eo ex ipso Conventu Stanislaus Gorganus, ut ad editionē praesidiarios compelleret. In alteros qui vel civiliter dissentiebant, vel nondum saltim ad arma accesserant, non deerant sane, qui Regem incitarent. Maxime cupiditate inducti, ut bonis Regiis quod Superiorum Regum

beneficio posside:

beneficio possidebantur, mulctarentur, alij urgebant, alij per se iam eadem petebant. Qua in re vel maxime et moderatio Zamoscij, et prudentia tum apparuit. Cum enim Stephanus partim ut Princeps externus, rerum et hominum non dum satis gnarus, partim ut ab Aliis incensus, non alienq ab ea re esset, solus fere Zamoscius fuit, qui ab instituto eum revocaret, neve in quenquam qui arma contra eum non ferret, gravius quidquam statueret, ei persvaderet, Neq enim ullius unquam dissensionis finis sperandus est, dum qui in dissensione civili Victores existerunt, extinguere victos, aut servire in eos, quam beneficio adiungere sibi maluerint: opprimi siquidem aliquando partes, radicitq extingui raro possunt. Quod quidem eo magis etiam tum verendum erat, quod et Maximilianus, et si in Regno non dum erat, tamen expectabatur, et adversarij si metu rerum suarum ad arma coacti fuissent, ii erant, ut coniuncti non contemnendos Viros habituri fuissent: qui alias vel quaesituri, vel etiam humanitate adiungi posse videbantur. Hoc igitur eius Consilio Stephanus adductus non modo nihil tum gravius in quenquam statuit, verum literis etiam publice editis, eos qui à se aversi essent humanissime invitabat, suamq omnibus benevolentiam deferebat. Quare fiebat ut in singulos fere dies partim taedio more Maximiliani, partim humanitate literarum Regis inducti, non pauci eius adversarij ad eum accederent. Iamq Lithuani etiam fere Universi, Legatis ad eum missis, nonnulli etiam privatim Officium fidemq ei detulerant. Sola fere reliqua Prussia fuerat, quae neq Legatos miserat et in partibus adhuc perstabat. Cuius vel pacandae vel adiungendae causa, cum ut ipse Rex eo iret, maxime visum est, quo maiori authoritate id faceret, et in omnes casus cum consilium tum subsidia expedita haberet, Comitia simul Toronium indixit; nminor simul externis rebus cura adhibita a Zamoscio fuit, maxime quidem ut et alij Principes Christiani, et inprimis summus Pontifex, ac Germaniae Princeps, quorum illi in Maximiliani causa valde propensi essent, ab hisce autē Maximilianus auxilia Regni accipiendi causa, petere dicebatur, cum de Iure et libertate Nobilitatis, omniq Electionis statu accuratius edocerentur, tum ad pacis studium Maximiliano hortato, res essent, ipsi adducerentur. Itaq ad Summum Pontificem Laurentius Gorscius (: author vult Ioannem Zamoscium Grzymalium:) et ad Imperij Conventum, qui sub idem tempus Ratisbonae a Maximiliano celebrabatur, Stanislaus Kretkovius, et Ioannes Demetrius Solikovius, eadem verò ratione ad caeteros Principes, interq alios Turcarum Imperatorem magnum Moschoviae Ducem, ad alios legati ad alios literae missae fuerunt. Quae omnia eo pertinebant, ut et Ius Regis docerent et cum Vicinis omnibus Regis, amicitiam ac benevolentiam deferrent, tum eorum illi adiungerent, In quibus omnibus rebus ita Zamoscius versabatur, ut non modo Consilia ac rationes rerum harum Regi Senatuiq subiceret. Verum eo tempore pleraq quemadmodum ostensum est etiam ipse scriberet. Quo loco non praetereundum

nobis celebre

nobis celebre imprimis de bonarum artium Doctoribus ex Italia advocandis consilium ipsius videtur. Cum enim et ipse a literarum Studiis ad Reipub: maxime se se profectum animadverteret, et qui Reipub: curam habere vellet primum Iuventutis cultum eam suscipere debere iudicaret, ut doctissimos quosq; homines maximis stipendiis propositis ex Italia accerseret, Regi persuaserat, fuit em aliquando ad hanc rem natus Rex, ut qui non modo cum in Transilvania adhuc esset aliquot doctos homines ascivisset. Verum ita etiam a literis alienus non esset, ut ne inter arma quidem eas deserret. Et si autem ea res neq; tum successit. Propterea quod qui vocati fuerant, ii essent quos neq; alij Principes quibus illi operam navabant, facilem dimittevent, et qui ipsi domi commode vestras constitutas habevent; magnam tamen cum Regij tum Zamoscio existimationem atq; gloriam apud omnes peperêre, nam et honorem eum pro beneficio amplectentes, et stipendio etiam pleris q; per hanc occasionem amito, partim non rarus ebullivant, quam si maximo beneficio affecti essent, partim verbis et literis, apud omnes summis laudibus hoc studium Regis tulerunt. In Prussia quo tempore Stephanus in eam venit, is tum fere status erat, qui in aliis partibus Regni ut quamvis Maximiliano plerisq; addicti essent, preter Gedanenses tamen solos, reliqui magis Maximilianum expectarent, quam per se Stephano resistere vel vellent, vel audevent, Dux qui et si eximium et separatum Principatum habet, Nobilitatem tamen Regum Poloniæ in eo agnoscit, et corpore et mente eger, per se nihil administrare potevat. Ordines vel qui Ordinum nomine res Ducatus tum administrabant, iam ante quidem cum Cracoviæ Rex fuisset, literas Ducis nomine ad eum dederant, quibus et illum a Regno dehortabantur, et nullum alium preter quam Maximilianum agnoscere se Regem, prestabant, a Polonisq; Ordinibus qui Cracoviæ erant officij admoniti, et ad partes invitati: magis tamen eventum rei expectabant, quam consilium sententiamq; suam mutabant. Postquam ipsi Stephanum presentem esse agnovevant, de Maximiliani autem adventu nihil certi habevent, aliorum exemplo, qui et iisdem partibus fuerant Prussiam ingresso, ipsiq; quoq; legatos nomine Ducis obviam mittunt. Similiter in altera Prussia, quam Regia, dum Nobilitas adventanti sine negotio assit, cuius authoritatem preter Gedanenses, alia etiam Civitates secuta, inter quas precipue Thorunium et Elbinga confirmationibus Iurium suorum aucptis, qua prompte illis dabantur, iuvamentum Regi prestitevant, promptius tamen Elbingenses, quam Thorunenses; tum enim necessitate Gedanenses, et iniquidem in Maximilianum semel suffragium suum contulevant, priusquam diserte is Regno renunciasset, non posse se non merito ab eo discedere disputavent, tamen alia et nulla causa removebant. Temporibus Sigismundi Augusti, cum multa in Civitate contra Ius

et dignitatem

et dignitatem Regiam fieri dicerentur, ex consilio Senatus legatos eo Augustus miserat, qui res Civitatis inspicerent, statumq eius constituerent. Quae res cum (ut erat) indignissima omnibus videretur quo ignominia publica deleretur, qui ex Magistratu authores facti huius rei esse putabantur, in Regiam evocati, Magistratusq delati fuerunt, interim pro obsidibus iis retentis, alij eo legati missi et recepti, cum leges complures, quae ad statum Civitatis pertinebant, tulerant, tam ad deprecationem et satisfactionem Civitatem adegerant, cuius haec precipua conditio erat, ut ad id portorium quod antequitus binum male Civitas percipiebat, alium in ea pars pro Rege exigeretur. Rebus hisce nondum integre perfectis Augustus decessit. Stag cum et invita Civitas conditiones hasce accepisset, et morte Augusti res imperfectae velutae essent, non modo ut iis liberaretur laborabat, verum alia etiam quae per legatos inveta essent, abolevi volebat. Inter Legatos eos, primum fuit Stanislaus Karkovius, qui tu Episcopus erat Cuiaviensis, et Joannes Hostka Palatinus Sandomiriensis fuerant, quos eosdem cum et Principes fore eligendi Stephani fuissent, et apud eundem plurimum valere existimarent, ne et actiones suas tolli illi non paterentur, et magis etiam in se Stephanum accenderent verebantur. Stag et ab initio iam cum adventare Stephanus videretur, consilium Jurisid ab Episcopo Culmensi Petro Hostka more inditum esset, in quo de excipiendo Stephano deliberaretur, consilio interesse noluerant. Postea Bidgoscid cum Rex esset, fide publica legatos ad eum miserant, per quos conditiones, quibus in fidem eius se conferrent, proponebant. Potissimum inter eas erant, ut Rex in Iura Prussiae et Civitates speciale juramentum praestaret, ut ea quibus Civitas gravata superioribus temporibus se existimaret, abolevet. Jamoscius ut moderatione aliqua adhibita et iis qui in praesentia concedi illis possent concessis, aliis rebus ad Comitia reiectis, in fidem Civitas recipieretur, author Regi erat. Sanq et Regis et Legatorum animos fere eo adduxerat, ut aquis aliquibus conditionibus, quibq a Dignitate Regis alienae non essent, res transigeretur. Verum cum nonnulli ex eo, quod dissensionis inter Magistratum et plebem in Civitate esse intellexissent spesq aquibusdam illi esset, si quam primum Exercitum ad Civitatem Rex admovisset seditione facta Civitatem statim se traditures, tamen magno negotio in potestate eum Regem habituram ei persuasissent, infecta res fuit. Postulata Civitatis ea quae supra demonstrata sunt, controversia autem haec fere erat Regis nomine iam omnibus Ordinibus Regni inter quos continetur Prussia Civitatibus Juramentum praestitum esse diebatur, alienum autem et a Religione et dignitate Regis esse ut hine causa idem bis iuraret, et quod Universo corpori debebat id singulis eius membris praestaret. De reliquis postulatis, quae Civitas exigeret, non nisi ex omnium Ordinum Sententia, in Comitiis statui posse o

stendebatur

stendebatur. Civitas de Iuramento et ante nominatim, id Prussiæ a Superio:
ribus Regibus præstitum contendebant. Et quidem præcipua quædam
et a communi Regni iure diversa Prussiæ iura et immunitates esse, ut
separatim illi caveretur necessarium esse. Postulata vero sua ad Ordines
Regni revocari, partim moleste ferebant, quod nullum præter Regem, qui
aliquid in esse iuris haberet agnoscere disputarent, partim nisi idoneè
de omnibus rebus tantum sibi esset, non satis tuto alienæ fidei Regiæ se
se credere posse statuebant. Cum Stephano quemadmodum ostensum
est, spes aliqua non magno negotio Civitatis potiundæ facta esset, et
Gedanenses in Maximiliano etiam spem adhuc nonullam haberent, ita
utrinq ducta hæc fuerant, ut infecta tandem re Legati discesserint. Neq
multo post Maximilianus in medio quasi cursu consiliorum suorum an:
tecedente ad morbi vim animi doleret Ratisbonæ, quo conventum Ordi:
num Imperij edixerat, subita morte oppressus obiit. Morte Maximiliani
et si animi Gedanensium non parum imminuti erant, quod tamen eo iam
progressi erant, uti quam neq honeste, neq sine periculo rerum suarum
recipere se posse existimarent, in sententia nihilominus persistebant, e:
oq iam processerant, ut non modo Iuramentum ipsum verum conditio:
nem etiam hanc iuramento adjici flagitarent, ut si qua in re contra Iu:
ra sua a Rege factum esset, eo facto ipso omni Religione libertati, priva:
tim fidem e potestate Regis eximere se possent. Quam tamen clausulam
indignitatis Regitum omnium idignationis sibi conscij, ultro postea remi:
serunt. Cum Rex ut sine ulla conditione potestati suæ se permitterent,
postularet. Marienburgi quo post Comitia Thorunensia perfecta accesse:
rat publico edicto proposito, Civitatem Civesq eius omnes, qui tum in Ci:
vitate essent, proscribit, bona publicat, Militem quem ex Polonis Hunga:
ris Rex habebat, sub Imperio Ioannis Zboronij Castellani Gnesnensis, qui
Prætorij Militis tum Præfectus erat Dersaviæ Vicinisq in locis constituerat.
Inter eos Zamoscius ipse esset, centum circiter Equitum turmam, cui Sta:
nislaum Zolkievium Adolescentem præfecerat. Præter enim Officium Eque:
stris Ordinis apud Principem Militarem, etiam rei militaris studiis ma:
xime sibi gratiam comparandam existimabat. Ea enim quorum superior
mentio facta duabus maxime rebus benevolentiam Regiam advinxisse se
sibi memorare volebat. Una celeritate expediendorum negotiorum. Cum e:
nim maxime in expeditione illa Gedanensi in contubernio suo, ut pluri:
mum Rex cum secum haberet, cum alij Magistratus ducere fere negotia
solebant, ille si vel legatio, vel aliquid gravius incideret mandato Regio
momento fere expediebat. Altera studio rei militaris, quod et ea Patre Præ:
fecto Militiæ institutum illi erat, et cuiuscunq occasionem alacriter arri:
piebat. Et Rex in expeditione illa Gedanensi primum quasi in illo cognoscebat

ita ut a periculo

ita ut a periculo ipse nonunquam eum revocaret.
Verum redeamus Gedanenses et per tempus Interregni militem aliquem habuerant, et tum periculo rerum suarum adducti, maiorem etiam eius numerum conduxerant. Ei vero Joannem Coloniensem veteranum Praefectum, qui in Margeburgensi obsidione rem sustinuerat, praefecerant. Cum de Copiis Regiis cognovissent, quod Dersaviam quinq tantum miliaribus Germanicis Gedano distat, partim praeveniendam obsidionem rati, partim quod numero Superiores essent, facile eos opprimi posse existimassent, partim eodem milites Praefecto Coloniense oppugnandos eos mittunt, quibus ex plebe oppidana ac iussu publico, alij voluntate et spe praedae, non pauci se adiungunt, ita ut ultra decem millia eorum et Exercitui Regio, et Universae Nobilitati Prussicae, tum Monasteriis et Ecclesiis exitium minitantes, Urbe egrederentur, ac plusquam certam Victoriae spem Dirsaviam versus agmen ducunt. Regij atq inter eos fere quasi primi Zamosciani in aggere, qui a Dersavia non multum distat impeditos repente aggrediuntur, cumq nec progrediendi, nec aciem explicandi facultatem haberent, atq maiorem etiam tormentorum impetum prima inclinatione vitassent, deinde autem ipsa tormenta subito impetu occupassent, caeteris fusis, et magno numero caesis Coloniensis ipse fuga evasit. Victoria haec ut Gedanenses perculsos, ad humiliora postulata descendere adegit, ita et Regio suo arbitratu potiundae spem auxit. Rex in eo ut sine ulla Conditione se dedant persistit, et Gedanenses ad auxilia undecunq conquirenda conversi, maxime a Rege Daciae, pecunia aliqua mutuo accepta, Georgium Ferensbachum, Nicolaum ab Ungem, quorum uterq tum Minister Regis Daniae erat, cum numero aliquo Equitum Germanorum iterum conducunt, Et Rex propius Urbem, Castra promovet, ubi ij ex dissensione Urbis potiundae spem Regi fecerant, dupliciter et ipsi falsi fuerunt, et in novum errorem Regem iterum induxerunt. Nam et motus omnium nullus, praeter opinionem eorum in Civitate existebat. Qui enim a Magistratu aperte dissentiebant, quo in genere sodalitates aliquae, ut Cerevisiae coctorum, Laniorum, et privati alij nonulli erant, metu Civitate cesserant. Alij vero si qui essent externo milite constricti, ne commovere quidem se audebant. Rex vero cum ab initio statim neq militem satis numerosum, ad tantae Urbis oppugnationem habere se animadvertisset, et ut maxime a milite satis paratus fuisset, Multo faciliore tamen negotio Civitate se potiturum, si prius portum in potestate haberet, ideoq oppugnationis illius Initium ab eo ordiri statuisset, Dum in motum aliquem quem in dies expectabant, Regi promittunt, et Gedanensibus confirmandi sui tempus datum fuit, et agendi Regi fere exemplum. Ad extremum autem cum et frustra motus aliquis in Civitate expectari videretur, et ob paucitatem militis ipsa Urbs commode oppugnari non posse videretur. Si vero portum Rex in potestatem redegisset, Civitatem ipsam ab auxiliis et ab commeatu fere omni exclusam, nostris in deditionem venturam, dubitari non posset: ad propugnaculi quod prope ipsum portii

pe ipsum portum est, vulgoq Laterna appellatus, oppugnationemq vim Rex con:
vertit. Situm est id in littore uno fere a Gelano miliari, ad ipsum ostium
Vistulæ, quo in mare influit, opere eo præsertim tempore non magno, ac
fere vineis tantum ac corvibus militaribus munitum fuit, quod et arena
gravius aliquod opus sustinere non posse videbatur, neq temporis etiam sa:
tis ad muniendum habuerant. A fronte tamen mare ipsum et naves ali
quot, cum civitatis, tum Danicas, ex quibus tormentis propugnari posset, a
tergo Civitatem, ab uno latere Vistulam habebat, et tormentis egregie instructum
erat. Rex cum Castra in proximis montibus quibus Gedanum fere subiectum est,
habuisset, alia in planiciem versus ipsum propugnaculum, e quibus oppugna:
tionem deinde eius instituerat promovit. Ut autem et auxilia ex Urbe exclude:
rentur, et ab altera parte tormentis propugnatores, ipsumq propugnaculū
peteretur, in oppositam Insulam quam sinus maris inter continentem Prussi:
am et Neringam interseptus, quinq fere miliarium Germanicorum longā
efficit; a latere autem Vistula dividit, Germanum peditatum Veyerum tra:
ducere, munitionibusq ex adverso Lanternæ actis, continuis tormentis qua:
tere iubet. Ita oppugnatione instituta, ab altera parte, qua continenti Later:
na adiuncta est, peditatum Polonicum et Ungarum admovit. Verum cum et ex
navibus miles expositus ad oppugnationem erates exciperet, propugnaculo e:
tiam acerrime propugnaretur, Regij reiecti, signa et tormenta aliqua ami:
serunt, non sine tamen gravi Gedanensium clade. Nam et Coloniensis Præfe:
ctus eorum dum in Scapham se recipit, globo traiectus, ibi periit, et Ferens:
bachius graviter sauciatus fuit. Placuit inde ab altera parte, ex qua nun:
quam è navibus tormentis nocere posset, iterum oppugnationem experiri. Itaq
ad superiorem peditatum, qui iam traductus erat, numero aliquo adiuncto,
ponteq a Veyero, qui Universæ ei rei præpositus erat, subitaneo opere, per
Vistulam perfecto iterum res tentata fuit. Verum cum Gedanenses nave com:
parata, ventum ad eam rem idoneum nacti, Navis ac tempestatis in pontē
disiecissent, partim qui per pontem incontinenter evaserunt, circum venti
cæsi fuerunt, partim qui in ponte versabantur, submersi, Veiero autem re:
cipere se coacto Gedanenses munitionibus positi fuerunt. Quibus rebus Rex
adductus, cum per et anni tempus non amplius fere sub pellibus contineri,
milles posset, Maneburgum se recepit. Sub idem fere tempus Moschus expe:
ditione in Livoniam suscepta, eademq omni crudelitatis et direptionis ge:
nere devastata est Livonia, Curlandia, tum aliis etiam Lithvaniæ parti:
bus grave imminebat periculum: Ut Rex ad auxilium locis illis fere non:
dum supplicibus, maxime vero Curlandi et Livonum literis solicitaretur.
Gedanenses autem parum Dirsaviensi clade fracti, partim incommodorū
belli pertesi, inq Angustum fere a Polonis redacti, ad humiliora in dies
postulata redibant. Quo in statu dum res essent. Electorum Imperij, Saxo:
nis et Brandeburgensis, aliorumq nonullorum Principum Germaniæ le:
gati intervenerunt. Cumq Rex ad Moschoviticum bellum avocaretur iniuriâ

et diuturnitate

et diuturnitate belli afflicti sua sponte pacem ac gratiam Regis expeterent et horum etiam authoritas adesset, eorundem interventu Marienburgi tandem res composita fuit: in quo ipso etiam studium et prudentia Zamoscij animadversa, spe quidem negotij Brandeburgici seu Prussici potius tendendi conficiendi legatio exercitata existimabatur. Sed cum Ordines Imperij semperius aliquod pretenderent, adeoq Civitas Gedanensis citationibus etiam publicis ad tribunalia onerag publica vocaretur, ab intercedentibus tanquam pro Civitate Regni Poloniæ; nihil Imperium ad eam iuris habere, ultro confessio expressa fuit. Civitas hisce conditionibus in gratiam recepta est. Rex cum alia iura eius, tamen maxime Religionis pacem Civitati confirmavit: eas res de quibus postulata edidisset in Comitia reiecit, in quibus quo iure eas usurpavit, docuit. Regi Civitas bis centum florenorum millia certis pensionibus multæ pendere, recepit: Viginti millia Abbati Olivensi, ad restaurationē Monasterij, quod sub initium tumultus, plebs diripuerat. Proscriptionem etiam Reg. abrogavit, bonag quæ publicata essent 30 tamen millium summa exepta pristinam causam restituit. Exeodem deinde loco, Varsaviam Comitia Reg. edicit, eog non multo post ipse venit.

Cum in Prussiâ Zamoscius cum Rege esset, Radivilam Nicolai Radivilij Palatini Vilnens filiam sibi despondit, nuptiasq Varsaviæ sub initio fere Comitiorum, quæ a Rege indicta erant celebravit. Extant in nuptijs hasce cum alia † quædam a diversis scripta, tum a celebri imprimis et docto Poeta Ioanne Cochanovio vernaculo sermone scripta Tragœdia, quæ in iisdem nuptijs a nobilissimis quibuscunq adolescentibus acta fuit, excitandorum maxime animorum Iuventutis ad bellum causâ.

Ventum nunc est ad bellum Moschoviticum, quod in his Comitijs primo decretum fuit, et quo non modo Zamoscius, verum etiam Universum Regnum se illustratum fuit, et quo non modo Zamoscius verum etiam Universum Regnū in se illustratum fuit, quod tamen paucioribus hic persequemur, quod aliis libris accuratius id a nobis expositum sit. Itaq cum alibi quomodo omnia gesta et administrata sint, attenderimus, nunc potius quæ gesta sint breviter tantum attingemus: atq ea fere sola, in quibus ipsius Zamoscij insignior aliqua opera versata fuit. Ac Regem quidem potissimum ad id bellū suscipiendum, et si Zamoscius maxime inflammabat, tamen Principem naturâ magnanimum et laudis cupidum eidem quas Zamoscius ei proponebat causæ etiam sua sponte impellebant: quæ quidem publicæ et privatæ plurimæ erant. Præter superioris enim temporis iniurias, quæ a Mosche multæ et graves in Regnum perfectæ erant, eo fere rem adductā videbat, ut nisi in tempore obviam illi iretur, non modo de Livonia, alius iam maximam partem Moschus occupavat, verum de Lithvaniâ ipsa in periculum veniendum sibi esset. Privatim vero et initio Imperij sui insignī aliquā re gestā, cum domi eorum qui se elegerunt iudicium comprobasse, tum nominis sui famam ad exteros propagare cupiebat et domesticas dissensiones

sticas dissensiones, quæ ex studiis partium in Electione exortæ, nondum extinctæ e:
rant, externo aliquo bello obiecto, vel minuere vel derivare quodammodo commo:
dissimum esse videbatur: ut si autem potentia Moschovitica non modo Re:
gno Poloniæ, verum magnæ parti Christianitatis iis temporibus formidabilis
videbatur, magis tamen superiorum temporum, vel errore vel inertia ad eã
famam atq; potentiam pervenisse illam statuebat: et quod Regio Moschovi:
tica ut amplissima, ita vasta neq; satis frequens Urbibus, neq; iis munitis
esset, eo faciliores in ea progressus belli sibi promittebat, ut Nobilitati bellũ
persvaderetur, maxime laboratum fuit. Quod enim quemadmodum est o:
stensum ex superioribus dissensionibus, multi adhuc essent, qui in discordiis
Civilibus partim in spem magis reconciliati, quam ex animo partibus ad:
iuncti essent, ac magis commovere se auderent, quam iram ex adverso superi:
oris Electionis successu conceptam deposuissent, cum omnes actiones Regis, qui
præter Sententiam ac voluntatem suam electus esset, impedire conabant,
tum maxime eas e quibus vel vires, vel gloriæ ac Nominis aliquid accede
re ei posset. Alij erant qui cum a decernendo bello non abhorrerent, ex opi:
nione tamen potentiæ Moschoviticæ, ut superiorum temporum eventu, ne
et tributum sine fructu, et bellum non sine periculo susciperetur, metu:
ebant. Quod enim superioribus etiam temporibus aliquod in hoc bellum
Sigismundo Augusto tributa scissa fuisset, iis vero aliquando in alias res
conversis, partim nullum, partim infeliciter contra Moschum bellum ge:
stum fuisset, ne idem nunc usu veniret, in Principe externo, et novo, eo ma:
gis verebatur. Non deerant etiam, qui ut maxime bellum suscipiendum es:
set, potius tamen contra Tartarum quam Moschum suscipiendum id conten:
deret. Etenim si de iniuriis ulciscendis ageretur, non minores Tartari qm
Moschi iniurias esse. Si de Provincia aliqua adiungenda, multum agrum
Podolico, seu in eo tractu, qui a Podolia et Boristhene, inter Misiam et Por:
tum Euxinum interiacet, a Tartaris autem vel possidetur, vel vastatur u:
beriorem esse. Si de parte aliqua Regni tuendi, non minus Prussiam qm
Livoniam auxilio dignam esse. Iis qui de successu belli dubitabant, superio:
rum temporum incommoda, a ratione gerendi belli potissimum profecta fuisse o:
stensum fuit. Quæ cum ita instituta fuissent, et non tam inferetur bellum, quam
propulsaretur; ea si nunc commutetur, non desponsandum esse, tali præserti
Principe, qui et rei militaris summam peritiam haberet, et ipse bellum admi:
nistraturus esset successum alium consecuturum. Tartarici belli authoribus
propter vicinitatem et potentiam Turcarum in cuius fide ac patrocinio
Tartari essent, vel sine maximo periculo bellum non suscipi, vel hoc saltim
tempore resistendum, omnibus viribus ad id præparatis suscipi posse, demõ:
stratum fuit. Si cæptis autem fortuna responderet, Imperio Moschovitico
adiuncto, aut viribus saltim ex eo auctis, per id ad aliud quoq; bellum, gra:
dum fieri posse. Ita hisce adiunctis et qui omnino bellum impedire vole:
bant, cum numero inferiores essent, non difficulter submoti essent. Ita quidem
ut tota fere res maxime Zamoscij, et apud Equestris Ordinis Legatos authoritate
et in Senatu consilio

et in senatu consilio, et apud utrum Ordinem oratione, quæ pars ratione Magistratus quem gerebat, præcipue pertinebat ad eum, confecta videbatur. Non parum tamen etiam iudiciorum translatio, quæ in hisce Comitiis primum Nobilitati firmata fuit, momenti ad eam rem attulit, quæ res iam multo ante Augustanis temporibus vehementer iactata, post Augusti excessum, primum a Nobilitate, sed sparsim per singulos Palatinatus, ac sine certo ordine usurpata fuerat. Cum enim privatarum etiam rerum iudicia penes Reges fere primis temporibus essent. Sigismundus Augustus propter valetudinem minus diligenter iudiciis operam dare potuisset, in infinitum fere lites exereverant. Itaq iniuriarum magnitudine, ac frequentia, iudiciorum autem penuria vehementer Nobilitas pressa, simul vero et aliarum Gentium exemplo, ad Reges publici Status curam, privatarum rerum disceptationes ad inferiorem Ordinem pertinere iudicans, iam Augusti temporibus sæpe de translatione eorum egerat. Verum Augusto nihil de Regio iure remittere volente, post mortem tandem eius per singulos Palatinatus Iudices sibi legerat, interq alias conditiones hanc quoq de translatione iudiciorum Henrico tulerat. Quo affectis magnis quam perfectis rebus et Regno profecto, tota res in integro relicta fuerat. In hisce Comitiis cum et Nobilitas alia conditione bellum suscipere nollet, quam si de iudiciis sibi concessum esset, neq res integra fore videretur. Convenit tandem ut a maioribus Palatinatibus bini e minoribus singuli quot annis electi per unam partem anni minoris Poloniæ causas Lublini, per alteram maioris Poloniæ, Petricoviæ, iudicarent. Cumq inter alias controversias, non minor cum Ordine Ecclesiastico, quem in iudiciis teneri nolebat, esset. Hæc quoq Zamoscij opera ac consilio ita deposita fuit, ut quoties Ecclesiastica aliqua res in iudicium veniret, pari numero iudicium sex Ecclesiastici, totidem alterius Ordinis definiventur, inter quos si convenire non posset, ad Comitia appellaretur. Itaq Polonica Nobilitate iudiciis delinita. Litvanis vero propter imminens periculum diligenter esset in causam incumbentibus, eo facilius res confecta fuit. Bello, et in bellum tributo Decreto, Rex prius Leopolim finium, Transilvanicarumq rerum causa profectus, deinde domestica pace edictis sancitâ, Vilnam venit. Et postquam maxima pars Exercitus convenerat. Ex maioris partis Senatus sententia, a Polocia bellum oriendum ratus, in Polocienses fines Exercitum duxit. Oppido a Præsidiariis incenso, omnibusq in Arcem receptis, Arx ipsa quæ Caput Regionis erat, partim loci natura ac munitione, partim præsidiariorum constantia, partim etiam continuis pluviis, quæ et eo anni tempore administrationem omnibus et copiam suam impedimentum maximum rebus gerendis afferebant per sex vero septimanas defensa fuit. Tandem virtute Militum omnes difficultates superante, primum incensa deinde deditione in potestatem venit. Mox deinde Sokola quæ ad Polociam præcipuam fere ora eius præsidium erat, per Nicolaum Mielecium, Palatinum Podoliæ, quemq in ea expe

ditione Rex sibi

ditione Rex sibi legerat recepta aliis vero prædiis partim iam ante occupatis, partim post expugnationem Polocensem, ultro se dedentibus iam Universus ager Polocensis in potestate erat. Zamoscius et si in hac expeditione nullo præcipuo munere militari fungeretur, sed tantum tanquam Senator et Cancellarius Regem secutus fuisset, tamen et 600 circiter pedites quorum non inutilis eam in expeditione opera fuit secum habebat. Neq minus Rex in bellicis etiam rebus consilio ipsius utebatur. At eo qui sub primum iam Polociam adventum cum cognoscendi loci causa Polociam circumvehi statuisset, Ipsum potissimum cum Bekessio secum assumpserat. Rebus Polocensibus constitutis, ac Militibus aliis præsidio relictis, aliis secum abductis in Mensem proximum Comitia Rex edixit. Verum expeditionis felicitatem nonnullorum domi invidia excepit: neq tamen tam æmulatio aliqua, quæ secundarum rerum Comes esse solet, quam indignatio, eo non maxime, qui et ab initio actiones Regis impedire statuerāt, et cum bellum nihilominus scitum fuisset, variis suspicionibus animos hominum impleverant. Nunc cum longè secus quam et ipsi expectarant et aliis inculcarant rem administratam viderent, partim tam cito murmurabant, partim novos rumores et suspiciones confingebant, maxime vero omnia dirigebant, ut novo tributo ad bellum continuandum quod postulaturum Regem sciebant, deterrendo omnibus rationibus animos Nobilitatis, deterrerent. Ad hosce alij dissimili fere causa se adiungebant, qui spe sua frustrati, bona Regia vacantia, quæ sub idem tempus aliquod, et ampla extiterant, quæ ipsi sperabantur, aliis obvenisse dolebant. Maxime ex re Zamoscius in invidia aliquorum erat. Quod enim et ante Meleccio, qui et ipsam Radzivilsam Zamosciji Uxoris Sororem germanam, in matrimonium habebat, Militare Imperium traditum fuisset: et sub ipsum tempus amplissimi aliquot in Lithvania honores ac Præfecturæ, quæ post Alexandri Chodkievicij Castellani Vilnensis mortem vacarant. Radivilijs collati fuissent, in unam quasi cognationem tot Magistratus et Præfecturas congestas vulgo excogitabant. Et cum Zamoscij potissimum opera id confectum fuisset, tum illum unum omnium plurimum iam apud Regem posse constabat; et erat sane ita cum natura fere ita comparatum sit, ut qui apud Principem in gratia sint, apud populum ut plurimum invidiā laborarent, raroq quis simul et populi et Principis studia tenere possit, inter ipsos tamen qui authoritatem aliquam apud Principem habent, plurimum plerumq interest. Nam et quomodo quis utatur Principum gratia multum refert, maxime autem quibus Artibus comparant, Zamoscio hæc fere animum Regis conciliabant. Primum Summa cura in omnibus Rebus, tum maxime in iis quæ sibi a Rege impositæ essent, non tam diligentia quam pervicatia. Neq enim quidquam ab illo suscipiebatur quod non perficeret. Nihil in quo non summum studium ac curam haberet, accedebat ad hoc integritas animusq a sordibus alienissimus, a quibus ille tantum abfuit, ut non modo ullius muneris, aut quæstus causa quidquā, vel contenderit a Rege, vel perfecerit. Sed quæstum etiam Cancellariæ a legibus

non modo

non modo permissum, verum etiam comprobatum, primus aut solus ferè neglexerit; totoq Magistratus sui tempore nihil exigi a quoquam voluerit: Neq ipse solus, sed exemplo ipsius Secretarij etiam quibus ipse utebatur. Cum aut Summa Regis gratia uteretur, multisq multa ab eo impetraret pro se per integrum fere sexennium nihil omnino petiit. Cum enim iam ante adventum Regis praeter Patrimonium suum tres Praefecturas Regias, unam quidem minorem Zamechensem, duas verò amplissimas Belzensem et Knisinensem, hanc ab Henrico, illas ab Augusto Rege haberet. Ex earum reditibus ita in Aula versabatur, ut non commodum et fortunas aliquas in Regno quaerere videretur, quam a Parentibus relictas, vel antepartas facultates suas Reipub: et Regis commodo impendere. Itaq cum omnia apud Regem posse existimaretur, sibi uni nihil petebat, seu potius posse nolebat. Et licet ex cognatis et Amicis suis aliquos nonnunquam Regi commendaret, tamen eos fere tantum ei commendabat, quorum vel in re militari usui, vel animis Nobilitatis adiungendis aut Reipub: negotiis domi administrandis utilis opera esset. Quas res cum ingenium eximium, singularis autem prudentia, partim optimarum earumq reconditarum artium studiis, partim plurimarum rerum usu quaesita, magis etiam commendasset, minimè mirandum fuit, tantum apud Sapientissimum Regem authoritatem eius valuisse, quantum et consequentibus temporibus valuit, nam et prudentiam eius cum tacto studio coniunctam, atq diligentiam summam in maximis negotiis utilissimam sibi fuisse experiebatur et quod ab omni cupiditate remotissimum, summam rerum omnium fidem ei habebat.

Verum ut eo, unde profecti sumus redeamus. Cum non deessent, qui partim publicas actiones Regis impedirent, partim ut privatum dolorem suum ulciscerentur, nihil quod vel ad Regis actiones, vel animos Nobilitatis a tributo sciscendo dehortandos pertineret, praetermitterent: tam praeclaram tamen, et a plerisq insperatae de potentissimo hoste victoriae successu Nobilitas recreata: cum in municipalibus Conventibus frequens sciverat, tum Nuntij eius in publicis Comitiis sine ulla fere dubitatione in id convenerunt. In Rege autem maxime partim quod externo milite uteretur, a quo et authoritas Magistratuum non satis observari et maxime rerum gestarum laus usurpari diceretur, partim quod Conditionibus in Electione ei latis nominatim verò in solutione debitorum non ex omni parte satisfecisset alij reprehendebant, et comminabantur, alij requirebant. In quibus omnibus refellendis ita Zamoscius Nomine Regis versabatur, ut peditatus externi necessitate, pecuniae autem, quae in Regnū a Rege allata esset, magnitudine demonstrata, plerisq satisfieret, alij quod contra dicerent non haberent. Ipsi vero Zamoscio, quod Duci Curlandiae extra Comitia Senatoribus Polonicis fere absentibus in restituram et feudi confirmationem edidisset peculiariter etiam obiectum fuit. Ac collata sane ea Duci fuerat in expeditione Polocensi cum Sitriam veniret: Consultis quidem ante per literas Senatoribus, sed tamen pluribus Lithvanicis

quam Polonicis

quam Poloniis Senatoribus presentibus: unde ne plus quam eis conveniret Lithua-
ni in eum Ducatum iuris sibi usurpasset nonulli verebantur. Verum cum di
ploma ipsum prolatum fuisset, non modo Iuri Regni satis cautum fuisse
animadversum est. Verum a Sigismundo Augusto iam effectam, comma-
dioribus multo quam ante conditionibus transactam fuisse. Inter alia enim
quæ ex usu enim Regni mutata fuerant, hæc etiam clausula adiecta fue-
rat, quâ appellatio a iure ad communem Universæ Livoniæ provinciæ con-
ventum sanciretur, id quod vel maxima pars Livoniæ in potestate Moschi
tum adhuc esset, nec unquam eo rem venturam, ut iustus conventus illius
provinciæ instituerentur: sperare fere homines auderent, cum hac ratione appel-
lationem ad Regem se existimaret, minus gravate Dux admiserat, quamvis id
quoq; sed tamen magis, ut una re Conventui Principali Duci subiectus, aliis
etiam qui in Conventu constituerentur, ut tributis et similibus rebus teneret,
De quo cum plus aliquanto controversiæ futurum providerat, si nominatim
cautum esset, maluit vi verborum, quam verbis ipsis id sanare. Quod quidem
non modo in hisce, verum multis aliis literis factum ab eo fuit. Itaq; multas
huiusmodi clausulas, ab ipso fere primum vel non animadvertentibus iis,
ad quos res pertinebat, vel persuasis introductas in omni genere literarum
commemorare possem, qui longe plus in recessu contineant, quam prima spe
ac fronte præseferant. Verum genus ipsum natasse sufficit. Quod quale sit ma-
gis etiam ex hoc dicto eius intelligi potest. Solebat enim aliquando dicere.
Si molesta aliqua res, quam explicare sine incommodo non possit incidat ma-
gnam partem sapientiæ humanæ in ambiguitate positam esse, quia de re et in
utramq; partem disputare non me fugiat, quia tamen in communi vita, et
maximum Principum negotiis versati sint, quam necessaria ea sit facile in-
telligunt. Cæterum ita Comitiis ita quemadmodum ostensum est solutis,
novoq; tributo ad continuandum bellum decreto. Rex Vaxaviæ Vilnam pro-
gressus, in ea quæ ad bellum pertinebant paranda summo studio incubuit. An-
te omnia Mielecium quem in superiori Polociensi expeditione cum Imperio Exercitus
præfuerat ad secundum Magistratum in hac expeditione obeundum invitabat. Il-
le sive quidem ex superioris belli labore conquiescere vellet, sive quod offensus
quibusdam rebus esset causatus. Offendisse autem eum partim Hungarorum liber-
tas existimabatur partim cum Zamoscio et ipse, quamvis arctissima inter se af-
finitate coniuncti essent, æmulationis aliquid intercessisset. Rex cum munia Im-
peratoris ipse obire constituisset, partem delectus cum Zamoscio communicavit,
et cum peditem, tum Equitem aliquem, scribi ab eo voluit. Quod vero in binis
superioribus expeditionibus, Gedanensi et Polocensi, non modo a militaris etiã
rei studiis non alienum eum animadvertisset, verum cum laude etiam atq; in-
dustria in illis illum versari, cum vehementer posse se sublevari statuebat, si
partem aliquam Exercitus contrahendi cum illo communicasset, tum propter au-
thoritatem quam apud Nobilitatem habebat, multo plures etiam et nomina datu-
ros. Neq; vane fefellit eum hac in re opinio sua, ad primam enim Nominis eius
professionem maximus subito et quidem ex primaria Nobilitate Nomina dantium

Concursus

Concursus factus fuit praeterquam enim quod sua sponte propensi in illum homines essent, de illius ductu sperarent, non parum illud eos etiam invitabat, quod cum et eo Magistratu ille fungeretur, qui omnium merita et preces iure et more publico ad Reges referre soleat, et ipse in maxima apud Regem gratia esset, si hic industriam atq virtutem suam probasset, eodem ad Regem laudatore et deprecatore digna laborum suorum praemia se consecuturos omnes sperarent. Verum secundum Equitum delectum, peditatus primum instituendi vel praecipua eius cura fuit. Cum enim Equitum genere et Copiis Poloniam cum plerisq aliis Nationibus contendere posse videret, peditum solo inferiorem esse videbat: quod et Nobilitas pedestrem militiam, et quae neq splendoris haberet iudicaret, fere defugeret: plebs autem partim oppidano otio corrupta, partim servitute fracta ad militiam esset. Itaq in superiore expeditione externo fere pedite utendum fuerat. Zamoscius delectu secum, a Rege communicato, si forte etiam hoc militiae genus excitasse posset, omnino studio incumbendum sibi putabat. Itaq in primis Nicolaum Urovecium propinquum suum, a Patre autem suo militari disciplina imbutum, turma cui sub Nicolao Mielecio in Polocensi expeditione praefuerat, relicta, ex solis Equestris Ordinis hominibus peditem scribere iubet. Adhuc etiam Wybranovium, Mroczkonem, qui ad Gedanum Ordines duxerat, et Lucam Serneum in Gallica militia versatum sibi adiunxerat. Qui cum ad quingentos circiter singuli pedites scripsissent, neq numero neq genere hominum peditatum contemnendum construxerat. Sub idem fere tempus quo in expeditionem eam Zamoscius movebat. Radzivilja Uxor eius et paucis post septimanis unicam quam ex ea habuerat filiolam obierat. Itaq cum in luctu primum ipse deinde ad exemplum eius Universus Equitatus, et peditatus, qui sub ipso merebat, vestem mutasset pullo habitu omnes uti coepissent, adeo ut Copiae ipsius prae caeteris insignes essent, vulgoq pullae dictae hoc nomine, a reliquo Exercitu distinguerentur. Rex partim legationibus Moschi, quas magna ex parte temporis eximendi causa, cum Vilnam tum itinere aliquot ad eum Moschus miserat, reiectis partim insidiis quae per Oscicum pecunia ac policitationibus corruptum Vilnae illi struxerat detectis et evitatis, ex Consilij sententia magnos Lucos recta duxit. In hosticum ingressum a latere potissimum Velisum, deinde vero maximae Silvarum difficultates exceperunt, quas more institutoq suo Moschi iam olim quidem a Polocia etiam, maxime tamen a Lukiszka Velisio obiecerunt. Quod si a latere incurreret, quod tamen et ad Lukos haerentibus magnum impedimentum, et maiorem regredientibus metum ostentare videretur, a tergo Castrum et loci natura munitum, et praesidiario milite firmum relinqui minime expedire visum fuit. Cum autem expeditione ea Lithvani sibi deposcerent controversiaq hac ex re inter utramq nationem ortam esset. Polonico Imperatore nullo tum a Rege constituto, Lithvani autem eo absente, datum parti authoritati Magistratus fuit ut Zamoscius mitteretur partim quod

retur, partim quod Lithvaniæ Copiæ nondum convenisset. Zamoscius autem non modo a Copiis verum Comeatu, etiam instrumento bellico et omnibus cum ad expeditionem tum ad oppugnationem necessariis rebus paratus accessisset: Velisium primis temporibus non territorij tantum unius quod adhuc amplissimum esset, sed Provinciæ Universæ caput fuisse propriosq suos Duces habuisse, cum fama tum Nomen ipsum a magnitudine habet, et Nominis argumenta, quæ in hodiernam diem extant, maximi ambitus fossarum, et mœniorum vestigia fidem faciunt. Postqm in Moschi potestatem venit, cum cæteris agri eius Oppidis, tum ipso Velisio more Moschovitico delectis, omnes Provinciæ opes in Cognomen Castri conversæ fuerunt. Situm est id in ripa Dunæ fluminis e Lithvania tendentibus, citeriore verò via ultra flumen instituerat. Ea pars quæ ad Lithvaniam spectat, silvis instituto Moschovitico, de quo dictum est, ita impeditum erat, et vix singulo homini iter per eum esset. Zamoscius tamen etsi cum summam difficultatem itineris, tum a centum fere annis, nullum cum Exercitu iter ishac fecisse, ex acolis intelligeret, hanc tamen potissimum rem instituit: partim ut incommoda, quæ duobus in locis fluminis Dunæ transmissis, uno in quo constiterat, altero pene in ipso conspectu allatura ei erat vitaret, partim, ut repentino adventu præsidiarios perteritos eo facilius opprimeret. Nec fefellit cum opinio cum enim summo suo et militiæ maxime autem Nicolai Uroniecij; quem operi præfecerat labore biduo ad Castrū penetrasset, adventu eius non prius ferè quam ex silvis emergere cognito præsidiarij statim obsessi fossisq ac munitionibus oppugnari cœpti, eodem quo obsides cœpti, fuerunt die, salutem solam pacti, cum se tum Castrum, commeatus pulveris tormentarij, omnemq ad obsidionem sustinendam rem necessariam plenariam dediderunt: Non nihil quidem incendio portæ unius, e munitionibus Urovecianis excitato, maxime tamen tam inopinato, per silvas, quarum difficultates insuperabiles iudicabant adventu eius perculsi Castri in potestatem recepti videndi causa Rex ipse altero die excurrit constituitq præsidio ad maiora Castra sua cum iisq paulo post Lukos versus movit. Zamoscius ut alia via cum iis quas penes se habebat Copiis dextra super Exercitum eodem tenderet superatisq demum silvis, secum illo coniugeret, mandat. Erant silvæ Lukos versus ad 20 circiter passuum millia difficultates etiam illarum eædem fere quæ supra a nobis demonstrata sunt. Sis tamen Ungari præsertim militis labore superatis in amœnissimam ac fertilissimam planitiem, quæ a radicibus silvarum aliquot millibus passuum supra Lukos excurrit, Exercitus erasit. Eodem in loco Zamoscius se cum Rege coniunxit. Uleinecio uno quo Nomine Regulos Tartari appellant, captivo secum adducto, qui cum ad morandum iter, Exercitumq nostrum carpendum cum sui generis Feythismissus a Moscho esset

sus a Moscho esset. Zamoscianosq primum in ponte quodam faciendo occupatus invenisset, invasisset, postea ex silvis emergentes ultimos adorsus, nostris se convertentibus a suis desertus, circumventus a nostris fuerat. Rex Nicolao Radzivilio Palat: Vilnæ præmisso, Castroq Usviata in fidem per eum recepto, omnem inde exercitum ad horrorem præsidiariorum, quam latissime explicatum in conspectu Præsidij adduxit. Urbs enim quæ et Lovati amnis qui nunc alveus non multo infra in Perbum lacum influit, vicinitate, et soli in quo esset summa fertilitate et copia commerciorumq omnis generis multitudine, ad eam amplitudinem pervenerat, ut excepta Moschovia et Plascovia, inter reliquas Urbes Moschoviticas facile prima esset, aliquot diebus ante instituto Moschovitico Incolis omnibus et rebus eorum in arcem receptis, a præsidiario Milite incensa fuerat. Castrum autem ipsum cum propugnaculis, quæ duodecem habebat, et aggeribus iam multo ante, tum milite, tormentis, Commeatu, omnibusq ad vim vel propulsandam, vel sustinendam rebus necessariis, nuper etiam ita Moscho munitum atq instructum fuerat, quemadmodū id munire debebat, ad quod et omnes vires suas Regem conversurum non dubitabat, et in quo securitatem ac salutem Imperij sui omnem ferè versari statuebat. Castris igitur a Rege metatis, oppugnationi ipsius ab eo Zamoscius Præfectus fuit, in eamq rem ad eas quas ante habebat copias, Ungari peditis pars aliqua a Rege attributa ei. Cum igitur Castra Regia et Præsidium Lucense primum Lovatus flumen deinde ignobilis rivus quidam Uligine valde impeditus, fluerent. Zamoscius tamen Copias omnes paucis exceptis, quæ postridie consecutæ fuerunt, uno die ad expugnationem traduxit: Munitionum etiam maxima pars eodem die perfecta fuit. Præsidiarij cum pridie sub adventum Regium eruptione aliqua facta in Zamoscium, qui situs cognoscendi causa cum aliquot Equitibus ambitu capto Arcem circumvehebatur, incidissent: aliquot amissis reiecti, postea fere intra præsidium se continebant. Postridie tamen qua Zamoscius Copias admoverat, tyronum aliquot qui in statione erant opere defatigatorum negligentia captata eruperunt, unoq interfecto, et vexillo cum id Signifer non dimitteret direpto subito se receperunt, cum autem per aliquot dies oppugnatio duceretur, multaq frustra tentarentur. Zamoscius tandem unius consilio, et continuata ea fuit, et ad extremum perducta. Primum enim cum iussu Regis lacu qui partem Castri ambiebat derivato, Ungari ad expugnationem missi, incendij aliquid excitassent, quiq in præsidio erant, iam ante adventum, et numero Exercitus territi, incendio autem eo, atq alacritate Militis in maiorem metum reducti, colloquio aliquoties petito spem facere cœpissent, si indicium sibi darentur, per quas de statu præsidij certiorem Principem suum facere possent, fere ut omnia apud eum obtinerentur, neq deessent, qui inducias eas Regi persvadere conarentur. Zamoscius cum ratione tum authoritate ne darentur, solus fere apud Regem perfecit, cum commodi nihil in

indiciis illis futurum

indiciis illis futurum tempus autem atq occasionem omnem rei gerendæ ma:
ximo cum incommodo exemplum iam doceret. Ut Nuntium tamen ad
Principem suum mittere possent, permissum præsidiariis fuit, ea conditione
adiecta, ut suum nihilominus utriq parti negotium agere interim liceret.
Ita consilio oppugnationis retento: Inprimis propter magnitudinem cespi:
tis quo septum Castrum erat tormentis eis nocere, neq propter loci omnibus
fere ex partibus palustris humiditatem cuniculis aditum tentare ad id posse.
Zamoscius animadvertit: quod cum statueret nullam commodiorem, aut aliâ
ferè expugnandi eius rationem fere iudicabat, quâ similes ita ad oppugnati:
onem mitteretur, ut cesspitem ipsum ligonibus avelleret, perq avulsum cespi:
tem ad lignea propugnacula incendenda penetrare posset. Hac ratione igi:
tur sibi proposita, contra maius propugnaculum, quod inter alia propu:
gnacula ipsum maximum Castri instar ad nostra Castra spectabant, fos:
sis per quam miles ad ipsum propugnaculum tuto decurrere possit ductis
tormentisq aliquot in alteram partem contra eruptiones, si quæ tentaren:
tur traductis primo levi initio rem tentandam ratus, unum peditem imi:
sit, quæ cum ad ipsum propugnaculum iam evasisset, ligoneq sculpere ce:
spitem cœpisset, ab erumpentibus aliquot præsidiariis circumventus in:
terfectus fuit, sed illorum et aliquot ex tormentis interfectis, cum ille rela:
tus tum ex iis qui eruperant aliqui abrepti, reliqui autem ab eruptioni:
bus plane absterriti fuerunt. Ita metu illis se continentibus. Zamo:
scio autem præmiis fortissimum quemq peditum incitante primo pe:
dites aliqui deinde vero æmulatione aliis iniecta, ex primaria quidē
Nobilitate non pauci, ad ipsas hostium munitiones cursu incitato per ce:
spitem ad ipsos parietes aditum patefecerunt. Cumq brevi tempore
tantum aggeris egesissent, ut tanquam alveo iustus hominum numerus
caperetur. Non modo eruptionibus, verum ne missilibus quidem aut tor:
mentis foris noceri amplius iis poterat. Ex ipso tamen propugnaculo,
cum iam ignem illi inferre vellent, partim sclopetis, partim hastis per
fenestras ab hostibus in repentino periculo, omnia tentantibus arcebantur,
Verum hisce etiam parti pari telorum genere refectis, partim ipsorum
telis extortis, ignis omnisq generis materia ad ignem concipiendum, eden:
dumq summo studio a Zamoscio ante præparata magna Copia illata
fuit. Sed cum et hostes extremo rerum suarum periculo adducti, partim
Copiis bubulis madefactis ignem opprimerent, partim aliis rebus omnibus
obviam illi ivissent, tanta vi ignis, ac materiæ illatæ omnibus miran:
tibus, Zamoscio autem non tam animum remittente, quam insequentē
diem omni ac maiori studio properante. Incendium eo die suppressum ab
hostibus fuit. Circa 3tiam autem circiter noctis vigilia eo maiore vi erupit,

quo diutius retentum

quo diutius retentum maiores vires collegerat: Subitoq vicina etiam propugnacula ac templa, quorum aliquot in castro erant populari cœpit. Partimq hostibus iam non tam territis quam semi Combustis, partim nostris ex omnibus Castris, quacunq aditus patebat irrumpentibus, Castrum inter alia Moschovitica omnibus rebus fere primum, cui potius captum, quam deditione acceptũ fuit. Nulla fere toto hoc bello maior clades, quam hoc loco accepta a Moschis fuit, partim ipsorum præsidiariorum cunctatione, qui cum et ignis et arma illis undiq immiterentur. Non secus tamen quia salvis adhuc rebq suis paciscebantur, partim Militis iracundia: Cum per aliquod tempus conditiones deditionis duxissent, atq interim ignis ad pulverem etiam tormentarium, cuius ut in huiusmodi Castro magna Copia erat, pervasisset, pleriq subita vi ignis oppressi, quos incendium reliquos salvos fecerat, a milite trucidati fuerunt. Rex Castro quem ignis totum fere deleverat, restaurato, et cum præsidio, tum aliis rebus, ad agri eius posessionem retinendam necessariis constitutis, Exercitu etiam Moschovitico, quem ad Nostrum Exercitum observandum Moschus miserat, per Stanislaum Zbarascium, Zamoscij legatum, quem Zamoscio tam fere ægro, cum Zamoscianis aliquot turmis et Ungarici Equitatus parte, ad persequendos eos miserat, ad Toropeciũ partim cæso, partim fugato: Cum ad Comitia habenda in Poloniam se recipere cogitaret. Nihil magis providendum sibi iudicabat quam ut Zavolocium in potestate haberet.

Cum enim Castrum id pari fere intervallo inter Lukos et Plescoviam in lacu latissimè restagnante situm esset, neq ullos omnino a terra aditus haberet, si id in potestate hostium relinqueretur, cum Lucensem agrum omnem in ea illius vicinitate. Polonia autem Lithvaniaq tot locorum intervallis disiuncta facile infestari ex eo posse videbatur, tum ob loci aquis undiq cincti difficultatem sequenti anno in Moschoviam sibi tendenti non levem moram obiecturum. Itaq huc etiam Zamoscium mittere, ipse rei exitum Neveliæ expectare constituit. Præter autem eas Copias quas antea penes se habebat, Ungarici etiam Equitatus et Peditatus iustam partem ei attribuit. Zamoscius cum in conspectu præsidij solo lacu, qui Castrum quemadmodum ostensum est omnibus ex partibq ambit, ab eo divisus Castra posuisset. Nonnihil quidem loci fere inaccessi natura, maxime tamen omnium rerum per quas accessus ad id parari posset inopia, sollicitum habebant. Nam et pontem qui cum continente coniungebatur præsidiarij incenderant, et scaphas omnes, uno solo navigio, quod propter rimas et vetustatem inutile iudicatum neglectumq fuerat, subduxerant. Præterea vero ne ignitis et iam globis, quibus ante castella aliquot Moschovitica incensa fuerant, ceminus ei nocere posset. Zambrovius Præfectus præsidio præfecerat. Cespite enim omni, in quem ita globi immitti solent, ut vel neglecti, vel cum eximi foris non possent, aliquamdiu serpentes, priusquam ad alterum pervenirent, deciderent, terraq ipsa extinguerentur.

Accedebat huc anni tempus ad rem gerendam alienissimum. Erat enim iam

Mensis October

Mensis October, quo iis in locis intensa iam frigora esse solent Zamoscius tamen cum hac quoq in re operam suam Regi probare vellet, omnia prius experienda qm infecta re discedendum iudicabat.
Itaq Nicolao Urovecio eius rei negotio demandato, inprimis ex vicinis silvis omnis generis materiam convehendam curat, et cum ex ea tum Vicinorũ aedificiorum, maxime autem unius, quod totum fere integrum relictum fuerat ruderibus ratem ea longitudine fieri mandat, ut a continente versus Castrum actu ad littus pertingeret, per eamq ad oppugnationem miles ire posset. Praeterea cum de quo ostensum est Navigium reputandum curat, tum quas aliunde Cimbas conquerere poterant, summo studio conquerit. Rebus omnibus prius instructis, rateq iam perfecta, cum ad oppugnationem omnia iam parata haberet, ratemq iam applicari iuberet, animadversum breviorem aliquanto eam esse, quam ad Castrum pertingere posset. Itaq illa revocata et correcta oppugnatio postridie suscepta fuit. Ita autem a Zamoscio instituta fuerat, ut miles quam primum in Insulam in qua Castrum situm erat, per ratem evasisset, fossas statim duceret, ex quibus et se ab eruptionibus hostium tutaretur et ad Castrum incendendum omnibus rebus ad id necessariis instructus proficisceretur, eius rei causa, iam ante per aliquot dies propugnacula ac parietes Castri maioribus tormentis verberari iusserat, quo materia vetustate alioquin arida rimis etiam facilius ignem raperet, et quo tutius ad propugnandum miles accederet, saccos strangulis equorum per omnem Exercitum conquisitis repletos, ei dederat. Verum cum ratem satis alacriter transiisset, vel spe rei celerius perficiendae inductus, vel etiam nimia festinatione, nullis ante fossis, quemadmodum ei mandatum erat, ductis. Sibrio ignis petendi causa in Castra remisso ad oppugnationem statim se pararet. Interim praesidiarij, qui trepidationis non obscuram iam significationem dederant, animo recepti, erumpunt, recentesq et integri, nostros frigore atq aeris, iniuria iam ferè fractos, brevioribus praeterea telis utentes, ipsis longis hastis (: Berdisze illi vocant :) proxime adoriuntur, partimq caedunt, partim in lacum propellunt, reliqui per ratem in continentem se recipiunt.
Incommodo hoc accepto, neq tamen Zamoscius animo debilitabatur, et cum in consilio rem proponeret, ex Praefectis etiam nullus erat, qui non manendi consilium probaret. Itaq re totâ ad Regem perscripta cum de suo Exercitusq statu certiorem eum facit, tum ne Rex expectatione hâc diutius se retineri pateretur, quoniam recte in Poloniam se reciperet ei suadet. Rex animo eius probato, ad priores eius Copias, alias ei submittit, ipse per Polociam in Poloniam redit. Zamoscius autem auxilio hoc accepto confirmatus, oppugnationem quam primum denuo tentandum sibi statuebat. Instituta igitur ea fuit, ratione quidem fere eadem quae supra a nobis demonstrata est, animo autem et spe ad terrendum hostem multo maiore. Cum superioris oppugnationis successu peditatus non nihil

de animo remisisse

de animo remisisse videretur. Equitatus ipse atq in his ut quisq maxime dignitate Princeps erat, ultro ad oppugnationem se ituros obtulerat. Itaqcum Zamoscius maiori illo Navigio de quo supra prius Castrum ille circumvectus omnibusq ex locis speculatus esset, rate rursum ad Insulam traiecta, scaphisq compluribus aliis versus Castrum convolantibus, ab altera parte totus ferè Exercitus in armis instructus atq ad oppugnationem paratus constitit, quibus rebus Praesidiarij territi, incolumitatem pacti, se Castrumq ultro dediderunt. Praesidio e munitissimo, tali anni tempore in potestatem accepto, omnibusq rebus ad id tuendum necessariis constitutis. Zamoscius Regem in Poloniam indeq in Varsaviam ad Comitia secutus fuit.

In Comitiis his de tributo ad bellum perficiendum conditionibus pacis cum Moscho facere praecipue actum. Et quamvis legati Nobilitatis, valde ut quam primum pacem faceret, Regem hortabantur. Neq diutius ferè Adscriptitios suos sustinere tributum posse testarentur: tamen et tributum, et ut non alia conditione, quam si Universa Livonia cederet, pax cum Moscho fieret, non difficulter obtentum fuit. Comitiis igitur ita perfectis, Rex quae ad bellum pertinebant, summo studio apparans, Vilnam venit. Inprimis quemadmodum superiore anno fecerat, magnam delectus habendi, et militis scribendi partem Zamoscio mandaret, qui cum minore studio, quam antea rem gerendam suscepisset. Multo maiore etiam ferè quam in ulla superiorum expeditionum fuisset, ex clarissimis praesertim quibusq familiis. Nomina dantium ad eum concursus fuit. Destinabatur expeditioni huic omnium iam fere non modo opinione, verum etiam sermonibus Plescovia, eademq in consilio postea decreta. Ducebatur iam Exercitus eo, minori non modo negotio verum etiam periculo, quod primum Polocia deinde vero posteriore expeditione Lukos, et super Lukos Zavolociam in potestatem redactis, ad ipsam fere Plescoviam usq per pacata loca sine ullo hostis aut insidiarum metu iter facere posset.

Cum Lukos Rex venisset Christophorus Dzierzek quem legatis Moschi postulantibus ex Castris Lukanis ad Moschum miserat, ab eo reversus, literas seu Volumen potius ad Regem retulit, cum de omnibus controversiis, quae cum Rege ei intercesserant verbosissime scriptum, tum convitiorum et iniuriarum in Regem plenissimum. Quas et si Rex contemnendas potius quam refellendas iudicaret. Zamoscius tamen continere se non potuit, quin copiosa et accurata ad eum epistola, ad omnia fere belli eius prolixe nomine Regis responderet. Quae epistola cum varia et nulla cognita digna habeat, quod tamen in manus hominum pervenit, non referendas mihi eius sententias puto. Missa autem paulo post ex eodem itinere Zavolocia ad Moschum fuit.

Cum Imperium militare, quod in Polocensi expeditione Mielecius administrabat, postquam ille a bello se removerat nulli adhuc a Rege traditum, penes ipsum Regem versaretur; ante iam et in hac etiam expeditione, quanto hoc cum incommodo fieret animadversum fuit. Et si enim per pacata loca agmen duceretur, quod tamen de minimis quibuscunq rebus, quae ab Imperatore alios expediri solerent, nullo certo Imperatore constituto ad ipsum Regem referendum esset

gem resolvendum esset, cum temporis nonnihil adeundo Regem, non diminu-
debatur? Tum ipse Rex sine causa molestia affici, multo magis vero eo
in hostico etiam mcommodum futurum metuebatur? Quare cum Zavolciam Rex
venisset. Profecti atq; Ordinum Ductores adducti, consilio inter se habito, ut
Magistratum in Repub: belli præsertim tempore solenne semper habitum re-
stituerent, et parte oneris cum aliis locata, se ipsum onere ac molestia levaret
Regem appellarunt. Magnum iam ex superioribus rebus gestis apud Univer-
sum Exercitum Zamoscij nomen erat, magna apud Regem authoritas.
Et tanq; cum et ipse nullum fere Zamoscio magis idoneum iudicaret, et unde
fere Universi Exercitus voce designari intelligeret, re cum eo privatim prius
communicata, per Andream Zbororium qui tum Aulæ Marschalcus circa
Regem erat, postea in Consilio publice perpetuum Imperatorem eum reni-
tiat. Profectus sane eo Consilio Domo Zamoscius fuerat, ut partem tantum ali-
quam Exercitus quemadmodum superiore expeditione fecerat, administraret.
Et tanq; et si ad id munus cum dignitate Publica gerendum ad hanc expeditionē
non satis paratum se accepisse secum statuerit, postquam tamen, et quo ani-
mo in expeditionem hanc venisset, et quæ paranda sibi fuissent, si id mung
administrandum sibi fuisse perspicaret, cum privatim apud Regem, tumpu-
blice in consilio ostendisset. Voluntati Regis paruit, Magistratumq; accepit.
De quo qui cum eius rebus gestis, de quo scribimus, ita coniunctus est, ut
sine eius commemoratione explicari hæ non possint, pauca dicenda videntur.
Et si autem nusquam multa leges, quam de aliis Magistratibus de hoc ex-
tent, quod tamen officium eius sit et eo statu potest. Quod cum Mare-
schalci officio leges ita compararint. Ut quemadmodum in pace omnis circa
Regem summa Iurisdictio Marschalci sit, ita in bello et omni re militari
summum Imperium Imperatoris, seu ut Leges nostræ appellant Generalis
Campester sit. At locum quidem in Senatu certum non habet, vel quod
Senatus Domi plerumq; haberi soleat, Imperatores autem bello occupati
plerumq; absint, vel quod verisimilius est, quod non nisi Senatoribus mung
id tradi fere unquam solitum fuerat. Sed tamen et authoritas sane eius
maxima semper fuit, et qui cum gesserunt præstantissimi sane Viri fue-
runt. Omnium autem Clarissimus Ioannes Tarnovius idem Castell:
Cracovie. Atq; cum non solum legibus, verum more etiam et consuetudine
certa quædam prærogativa Magistratui esse tribuantur? Rex eo iure eti-
am Zamoscio illum contulit, quo qui ante illum in Magistratu eo fuis-
sent, maxime autem Tarnovius optime cum gessissent. Inde Plescoviā
versa Rex tendit, priusquam Ostrovia, quod unius a Plescovia diei iti-
nere, in Insula suum nomen habet, et lapide Castellum ei obiectum fu-
it, expugnata, promissisq; qui itinera explorarent, hostemq; ut muros con-
tinerent, postridie ad ipsam Plescoviam, Castra admovit. A principio
et autem mox, et fere solo aspectu longe minoris operis oppugnationem
eius fore animadvertit, quam et Alios qui de statu Urbis eius adseve-
rabant sermonibus futuram ante animum prævidisset. Et enim Plescovia
Urbs amplissima, quæ ad quinq; millia passuum in longitudinem et ad tria

in latitudinem patet

in latitudinem pateat, Sedemq Moschoviam, quæ Regni caput est, sola fere firmissimo muro cincta, Urbem ipsam Welika fluvius, qui paulo infra ad Dorpatum Peiba lacu non nomine solum verum re etiam magnus interfluit: Oppidumq in triano-minibus inter se distincta Oppida, ex quibus unum Castellum Oppidi magnitudine est, secat. Non modo autem magnitudine muris propugnaculis, cæterisq munitionibus, situs deniq ipsius, et fluminum viciniq lacus Peibæ opportunitate, verum numero etiam hominum, et multitudine habitatorum inter Moschoviticas Urbes facile prima Plescovia est. Ad proprias Urbis opes, Dux præcipuam etiam curam eius muniendæ confirmandæq adiecerat. Rex neq a pulvere tormentario, cuius ab initio non satis iusta Copia parata esset, pars præterea eius negligentia quæstorum non adiecta fuerat, pars in itinere incendio perierat. Minime autem apeditatu ad tantæ Urbis oppugnationem satis paratum se accepisse animadvertebat. In quæ intuenti Regi et si nunquam in mentem veniebat, vel Novogrodiam, vel ut quidam censebant Dorpatum, ut quæ neq contra Vim provisa existimaretur, se convertere, vel etiam in interiorem Moschoviam hostem persequi, qui tamen eadem incommoda aliis in locis metuenda providebant, sin secus autem res successisset, eo maiora etiam futura quo longius progressus esset, quocunq modo rem experiri potius placuit, quando consilio mutato vel hosti novam spem vel militi metus significationem dare. Discrepabant ab initio non nihil de Castris metandis a Regis Zamoscij sententia. Cum Rex ab ea quâ venerat parte Lithvaniam et Livoniam versus, a qua parte crebri colles assurgentes frontem Castrorum ab ictibus tormentorum maxime tutaturi essent. Zamoscius ab altera quæ ad Novogrodiâ spectat, quo auxilia facilius excluderentur, pro magnitudine autem Urbis, et numero qui in ea essent hominum, per se non satis magnæ Regiæ Copiæ essent, Si eædem in excubiis, quod arcendorum auxiliorum causa fieri necesse esset, distraherentur, præter incommoda, et fatigationem militis, copias etiam ipsas multo infirmiores distractas futuras, si ab ea parte a qua auxilia expectarentur, Castra fierent. Castris ipsis sine ullo militis labore ac molestia exclusum ea iri. Regi rursum quod ea pars multis collibus intersepta patens plane et aperta esse videretur, non satis tuto vel munitiones miles ibi acturus, vel munitionibus etiam actis maxime si irruptione ex Urbe facta, aliisq Copiis Novogrodia, aut aliunde submissis a tergo eum adorientibus ancipiti prælio distineretur, in iisdem postea futurus videbatur. Et si autem huic rei quoq collibus aliquibus ea quoq Regione leviter assurgentibus, et Monasterio in quo Equitum præsidium collocari posset demonstrato: non difficulter iri obviam posse Zamoscius ostendebat. Valuit tamen et Regis sententia, et prior salutis cura. Munitionum autem agendarum opere, in nationes Polonicam et Ungaricam dispartito. Cum Hungaris inferior ad Velikam flumen, Polonis superiore loco loco obtigisset. Ut Hungaris ab uno latere flumine tectis, et per solam ob vicinitatem fluminis mollius fossas ducentibus, magno ad celeritatem adiumento, hæ erant res, ita e diverso Polonis, quod et omnia latera ut in

Campo apertissimo

Campo apertissimo munienda illis erant, et per continuam rupem fere munitiones agendæ magnum impedimentum afferebat. Rex ut oppugnatio nihilominus quam primum tentaretur urgebat, non modo ne ex diuturniore more hostes animos resumeret, nostri desponderent. Verum etiam quod cum pro magnitudine operis exigua admodum pulveris tormentarij copia advecta esset, necessario prius quam omnis is consumptus esset agendum statuebat Et si maximo igitur conatu frustra tamen irruptio tentata fuit. Svecis præsertim quibus Urbis propugnatio mandata a Moscho erat, fortissime eam defendentibus: Impetu oppugnationis reiecto, cum et ob pulveris tormentarij, qui iam omnis exhaustus erat inopiam, nulla nova oppugnatio tentari posse videretur, et ut maxime ad novam oppugnationem omnia parata fuissent. Milite tamen superiore successu debilitato, vix committenda videretur. Interim ut dum anni tempus adhuc permitteret, castra communirentur. Rex in hibernis ad Urbem cum Exercitu a se relicto, in Poloniam ad Comitia habenda, auxiliaq in tempore providenda se referret, suadere Regi Zamoscius cœpit. Cum si tempus in obsidione frustra duceretur, neq solo frigore iam durato fossas commode ductum iri: Et ut maxime Exercitus tum ad obsidionem relinqueretur, neq tamen animi habiturum quam si ante profecto Rege propinqua auxiliorum spe sustentaretur. Quo quidem consilio nullum tum commodius suscipi poterat. Auxilia etiam quædam hostium, quæ Novogrodia atq modiis suscipi poterat, ex superiore Moschovia ad obsessos mittebantur, sub id tempus partim conversa partim intercepta fuerunt.

Sub idem autem fere tempus rediit a Moscho Posserinus, sed sine ulla certa spe aut conditione pacis. Quod enim prima occupatio non successisset, frigoraq quæ iis maxime in locis sub ipsis trionibus sævissima esse solent et hijems iam cœpisset. Regem iniuriis ac sævitia aeris coactum ultro Exercitum obducturum sibi persvaserat. Interim quamcunq aliam rationem rerum suarum, vel restituendarum, vel sustinendarum se reperturum. Rex cum e contra nullum incommodum aut periculum tantum fore Posserino ostendisset, ob quod prius moturus Plescovia Exercitum esset, quam reducta in potestatem Urbe, vel certa cum Moscho pace constituta, ut denuo ea de re per literas agere cum Moscho sibi liceret a Rege petebat. Constantiaq hâc Regis quam maiorem ipse coram perspexisset, periculoq Moschi, et populorum eius, cum ipse et spectator magnam partem fuisset, multis rebus ei demonstrato, ut tractationem denuo susciperet. Zapoliamq quæ aliquot a Plescovia passuum millibus locus abest. Si eodem Rex Legatos misisset, ipse etiam suos eo se missurum reciperet quo eam pacem quam primum facerent ei persvadet. Consilio interim hoc Regis de relinquendo ad obsidionem Exercitui divulgato maxima invidia, tum ipsa res erat, tum qui author consilij illius existimabatur Zamoscius, eamq per se maximam augebat altera ex severitate, quam in disciplina Castrensi tuenda adhibebat apud nonullos suscepta. Quod non modo in plebe ac sordibus Castrorum coercendis severiorem se præbuisset. Verum eadem severitate in aulicos etiam ac pu-

eros quosdam Regios

eros quosdam Regios usq; esset, e superiorum temporum licentia, vulgo dictis, ac sermonibus militum res agitabatur. Maxime tamen quod iis in locis, per id anni tempus ad Urbem cum per se populosissimam tum numerosissimo milite instructam aliis etiam præsidiis vicinis, inprimis autem ipso Duce, Principe tam potente non longo intervallo ~~in~~ movente Exercitum relinquere statueret, homines movebantur: eoq; magis quod ipsum ad Comitia pro Cancellario obeunda cum Rege in Poloniam: iturum ad Exercitum Legatum relicturum, nonullis inculcatum esset. Neq; deerunt vel ex ipsis Principibus qui partim quo summi Pontificis authoritate quo citius pax coiret, ad remittendum potius aliquam partem Livoniæ facile Rex adduceretur, ut cum de conditionibus pacis ageretur, Possevinus in Senatu essent censerent, partim militem, ne pro aliena sententia aut commodis tanto cum periculo suo cum ipsa quasi natura pugnare vellet, tacite sollicitarent. Utriq; vei tum a Zamoscio obviam itum fuit, ut de Possevino nihil præter morem exemplumq; maiorũ faciendum doceret. Ipse vero Passevino si semel in Publico cum Rege collocutus esset, ne Privilegium Nuntiorum Pontificiorum, qui privatim Regem conveniendi soli adhuc in hoc Regno potestatem haberent, suo exemplo tolleret, verendum fuisse demonstraret, milites autem cum privatim de rebus suis congredi inter se conati essent, edicto proposito, ut non nisi præsente se convenirẽt, determinavit. Consilio itaq; omnium Præfectorum et Ordinum Ductorum, apud illum habito, cum longa oratione, ad virtutem constantiamq; hominibus nobilibus dignam hortatus eos fuisset, tandem se ipsum etiam ad Exercitum mansurum pronunciat. Qua re etiam cæteri maxime animati. Initio a Joanne Zborovio Castell: Gnesnæ facto, ad extremum cum ipso se perseveraturos sponsione militari omnes se obstringunt. Cum autem viæ ei qua Plascovia in Livoniam iturus Rex esset, imminerет Monasterium Piechara Religione magis et muro aliquo satis firmo, quam vel fossis, vel aggere aliquo munitum, ex eoq; præsidiarij aliqui a Moscho collocati in eo fuerũt et ante iam mercatores aliquos Riga venientes excusissent, et tum etiam vicis infestus haberent. Disvadente quidem Zamoscio, neq; ex Polonicis militibus ullum eo mittente: Rex diligenter tamen maxime ab iis qui impedimenta sua illac præmissuri essent appellatus, oppugnare id statuit. Itaq; mittit primum eo Ferensbachium, qui cum spem potiundi eius fecisset, cum tormenta aliqua, tum Germanum militem omnem, irruptionesq; semel frustra ab hoc tentata, Bernomissium etiam cum parte Ungarici peditatus ei submittit, sed cum et superioris obsidionis incommodis debilitatus miles esset, neq; murum satis late primũ stravissent. Maxime vero diverso tempore a Germanis et Ungaris tentata irruptio fuerat, et si neq; animus, neq; summus utriusq; conatus defuisset reiecti tamen

BIBLIOTEKA W.B.

set reiecti tamen fuerunt, non minori cum admiratione hostium, Religioni salutem suam tribuentium, quam stupore oppugnatorum. Interim cum Legati a Moscho pacis causa Zapoliam, quemadmodum convenerat, adventare iam dicerentur. Rex qui cum iis tractarent, Legatos itidem designat, A Regno Poloniae Janussium Zbarassium Palatinum Bractaw. a Magno D. Lit. Radzivilum maiorem tum Mareschalcum, hisce haraburdam hominem Moschoviticarum rerum maxime peritum, more maiorum scribam adiungit. Urgebant nonulli, ut de conditionibus etiam pacis aliquid certi ante discessum suum definiret, determinataq mandata legatis de ea darentur. verum cum eam maxime ob causam, ne ad hostem forte perferentur. Zamoscius rem impedisset arbitrio pacis omni. Zamoscio permisso, quiq ipse in Polonia procuraret, si in aestatem forte obsidio ducenda esset, cum eo constitutis discessit. Ita bona spe ut Fratris Filium Balthasarum tacite quibusdam ne id faceret adhortantibus, penes Zamoscium sine ulla dubitatione in Castris relinqueret. Profecti cum Rege erant Lithvani, ac Voluntary fere omnes, pleriq ferè reliquos, qui remanebant tanqm ultimum visuri, miserantes et valedicentes. Tanta enim eo mense iam frigora erant, ut miles etiam frigoribus assvetus, vix tamen sub pellibus tollerare ea posset, cum autem multo maiora imminere viderent Exercitui incommodis eius confecto, eo gravius ab hoste tam potente, quo undiq circumdatum et septum Exercitum intelligebant, periculum metuebant. Zamoscius et summo animo rem tantam susceperat, ita cum non minori consilio omnia pericula sibi providenda, praevisisq obviam eundem intelligeret, post discessum e Castris Regis, Castrensem disciplinam, Voluntariorum licentiam nonihil ante dissolutam sanxit, quoq maiori cum periculo eo spem etiam minima in re peccatum invidebat eo diligentius adstrinxit. In primis id opere dabat, si quâ forte hostē elicere, atq ad certamen extra Urbem protrahere posset. Eo consilio cum insidiis prius collocatis, more superiorum temporum licentiae cursus aliquot onustos, semel atq iterum non procul a muris Urbis negligentius agi mandasset: hostes praeda tandem invitati, trecenti circiter Equites Urbe egressi adoriuntur in quos cum insidiis essent. Stanislaus Zulkievius adolescens Sibricus, et Alij subito se incitassent, primoq impetu 30. circiter eorum occidisset, reliqui summa pertinacitate se reciperunt. Interim utrinq iam Legati Zapolociam conveniunt. Cumq sub primum adventum eorum Scriba omnium Legationis Secretorum conscius ad Zbaravium transfugisset, ab eo ad Zamoscium fuit missus. Ex eo de pace illos quidem agere, sed causis interpositis, dum quo successu Exercitus ad Plescoviam usurus esset, animadverterent ducere; ad extremum si obsidio non solveretur, Lukis, Zavoloscia caeterisq ad haec pertinentibus Castellis receptis, omnis Livoniae restitutione perficere eum debere intelligit. Eoq magis non modo ne ab Urbe Exercitum removere necesse haberet, verum etiam ut in dies magis eum premeret operam dabat. Inter autem omnes difficultates quae illi obiiciebantur

nulla maior quam

nulla maior quam aeris et hyemis saevitia erat, qua cum Universus Exercitus tum Excubiæ maxime afficiebantur. Itaq; raro accidebat, ut non aliqua extrema corporis parte mutilati aliqui reverterentur. Tanta enim frigoris vehementis hisce in locis esse solet, ut quod mirum fortasis aliis videri possit, animadversum tamen a multis sit, non raro aquam casu ipso dum funderetur subito congelatam, quodq; aliis in locis nigra aut fusa fere animalia reperiantur, ut cervi, ursi, leopores et id genus alia, frigoris ut plerisq; existimant vi immutata, hic vero candida magna ex parte sint. Quæ non ad omnes, multos tamen incommoda hæc pervenirent, et nihilominus securitati ac saluti Exercitus consuleretur, hanc unam Lamoscius rationem reperiebat, ut in excubiis quidem eo pauciores collocaret, quæ de adventu modo hostis si quid accideret, statim significarent, alios autem prout atq; ubi pervenisset, infra tentoria, quæ et vicinarum Villarum ædificiis, suique usus causa convexerat perpetuo parata, et instructos esse iuberet. Ita fiebat ut neq; multi excubiis fatigarentur, et nihilominus qui integri hosti adversanti occurrent, cumq; quod reliquus Exercitus se paravaret destinarent, in ipsis Castris parati essent. Quæ res non multo post saluti Exercitui fuit. Etenim cum etiá in severissima disciplina, summaq; vigilantia, ob summas tamen aeris iniurias, neq; contineri ita diligenter, neq; observari omnes possent, quin aliqui ex vulgo servorum ad hostem transfugerent. Spurius Urbis Præfectus, cum ex eorum sermone, tum ex aeris iniurias coniecturâ ducta, Exercitum eo quod erat in maximis incommodis, ob frigoris cam saevitiam versari, magnam eius partem morbis a frigore confectam, alios ab ea ipsa aeris incommoda nunquam ad pugnandum vel promptos, vel idoneos fore sibi iudicavit. In Universi Exercitus subita irruptione opprimendi spem incumbere cœpit. Eius rei causa ad 100 Equites paravit, peditum non parvum numerum addit, omnem autem rem ita instructam habebat remotissima et frequentissima fere ultra omnem Vescoviæ, qui inter Castra et Urbem medius fluebat. Excubiæ versus Urbem erant, quæ quod a Castris remotiores erant, priusq; m auxilium illis ferri posset, non magno negotio opprimi, iisq; oppressis repentina irruptione ipsa Castra invadi incendiq; sperabant. Evenerat eius diei Sors excubandi Zborovianæ turmæ, qua cum Crinscius opere cum reliquis turmalibus partito, cæteris in ipsis Castris eodem quo ostensum est instituto, instructuris manentibus, ipse cum aliquot Equitibus ipsas excubias obibat. Consilio igitur eo de quo antedictum est, a Spurio inito, in eos qui excubiis erant subito emittit: ab altera vero parte, alios partim Equites, partim Pedites circumducit, qui ambitu capto a tergo, illos adoriantur. Jam ante autem excubiis omnibus in Universum Lamoscius mandarat, ut si forte hostis eruptionem in aliquos faceret, nulla potestate pugnandi facta, quam maxime possent, versus Castra se recipierent, partim quo citius e propinquo ferri illis auxilia possent, partim quo hostis ipse ab Urbe quam longissime adductus ad pugnandi necessitatem quod maxime Lamoscius optabat etiam contra voluntatem suam adduce-

tatem suam adduceretur. Hoc igitur instituto cum ad primum hostis impetum Ovinscius nulla pugnandi copia facta versus Castra cedere coepisset, quia ab alia parte a Siriscio emissi fuerant, se illis obiciunt, et in vallem quandam qua transeunda illis erat, occupatos e superiore loco premunt. Inter alios ipse Ovinscius globo traiectus interficitur. Interim eruptione in Castris nuntiata, qua pertabernacula instituto, de quo demonstratum est, ad omnè hostis motum parati erant, subito ad ferendum alijs auxilium evolant. Inprimis Skarbek Turma Zborowiana legatus, uti in turmalium suorum periculo sine mora impetum in hostem dat. Cum alij sequuntur, quibus ut eo die in tabernaculis excubarent, obvenerat: quæ dum se expediunt interim alij etiam se parant, ita ut brevi Universus Exercitus in armis esset. Tanto autem impetu incursum in hostem fuit, ut eodem vestigio una quasi plaga 300 uno momento hostium ceciderint. Quod Siriscius conspicatus et præter opinionem suam paratiores expeditioresq nostros esse videns, receptui signo dato, summa celeritate intra Urbem suos recepit. Quod nisi auxilius iis qui circumventi ab hostibus erant ferendi causa longius e Castris nostris progrediendum fuisset hostesq longius ab Urbe ad Castra progredi potuissent. Nemo erat qui dubitaret, quin eo die Universa hostium Copia deleri potuissent. Ab eo tempore non modo ab omni eruptione, verum consilio etiam eruptionis hostis abstinuit. Magisq artificijs quibusdam, quam re postea certatú ab utrinq fuit. Inprimis Zamoscius cum prius si forte ipsi hostes corpora tollere vellent, cuius religionis et institutis suis religiosissimi alioquin sunt, ac locus insidijs esse posset, observare iussisset. Postquam animadvertit, non audere hostem progredi animadvertisset, ultro tollendorum potestatem per precionem illi facit. Resumpto cum verborum honore accepta, ut sequenti die alios mittat, cum quibus de tollendorum earum constituerent, petunt. Adiungunt se iis Stanislaus Zolkiewius adolescens, nonulliq alij, Nobiles iuvenes Turcicis equis præstantissimis vecti, splendidissimoq ornatu, equibus cum transfugarum forte iudicio Zolkiewius agnitus esset, cognovissentq eum, quod propter ingenium et virtutem in amoribus Zamoscio esset, plerorumq etiam secretissimorum consiliorum conscius, officia indefunctos postposito hisce insidias struere instituunt. Res ipsa sermonibus varie ducta, interim eo loco ad quem nostri accesserunt, cum Sclopetarios aliquos tacite in insidijs collocant tum tormenta etiam nonulla disponunt tandem ut se explicarent nostris urgentibus unus e Sclopetarijs in Zawissam stabuli Zamoscij Profecti qui una cum Zolkiewio et ceteris eo excurrerat, irruit, verum globo lorica a Zawissa excepto, nostris celeriter equis conversis se recipientibus, tum reliqui etiam Sclopetarij cuncti, sclopeta sua simul in recedentes exonerant, tum eodé tempore tormenta etiam quæ in illos direxerant et quo longius processerant

eo maioribus eos

eo maioribus eos insequuntur. Et si autem omnes incolumes evaserant, iniuriae tamen dolore incensi, ut perfidiam illam novo artificio vindicare sibi liceret, a Zamoscio petunt. Id erat huiusmodi, Bartholomeus Ostromscius, qui ex arte reitormentariae operam dederat, et tum partem aliquam tormentorum administrabat ut in arcula quadam tutos Sclopetarios pulvere onustos, siliceq quo ignis in Sclopetis excitari solet, imposito ita disponeret excogitarat, ut cum tectum arcae quis moliretur, necessario inflammati tanta vi se concitarent, ut omni quae contingerent disiicerentur rapererenturq. Arculam eam cum iam ante ad Sviscium mittere voluisset, a Zamoscio qui quamvis contra hostem non omni tum artificio pugnandum iudicabat prohibitus fuerat. Nunc perfidia hac nostris in tantum periculum adductis, ut ea si possent ratione eam ulciscerentur, petentibusq permisit. Illi uno ex captivis adhibito, eoq benigne per aliquot dies habito, deinde iuramento tanqm magni secreti conscio futuro prius obstrictum, per eum Arculam tanquam pretiosissimarum rerum plenam à mollero quodam qui antea cum Ferensbachio apud Moschum meruisset, iterum transfugere ad eum cogitaret promittunt. Quo successu accepta et aperta fuerit summo studio a Moschis tectum fuit. Id tamen partim ex captivorum quorundam partim eorum post pacem factam commearunt, sermone satis constat arcam ad Praefectos ipsos delatam, cum Sviscius aliis rebus forte occuparetur, ab altero Palatino nulla mora interposita apertum fuisse, cumq homo robustus et morae impatiens, pede in cistam in pacto ipse operculum convelleret, subito inflammatum cum ipsum aliosq adstantes tum partem tecti disiecisse. Erat aliquamdiu et de Sviscio opinio, quod praeter morem per aliquot in muris et munitionibus non compareret. Sed ab eo literae postea allatae fuerunt, quibus summa cum verborum contumelia fraudes ac perfidiam Zamoscio objiciebat. Fuerunt eae ut non modo similibus literis Zamoscius illi responderet, verum propria eius cum perfidia, qua prius in nostros usus fuerat, tum stultitia ei exprobrata, ad singulare praetereaa certamen eum provocaret. Venitq cum ad tempus tum in locum in ipso conspectu Urbis extra alterius Exercitus metum congredi secum posset, literis a se designatum. Sed cum iustum tempus expectasset, tormentorum quidem ictibus creberrimis petitus nullus contra eum progressus fuit. Consequenti deinde tempore ita fere utrinq res administrata fuit, ut Sviscius non tam de infestandis amplius nostris, quam de Urbe contra Nostrorum vim tuenda retinendaq cogitaret. Zamoscius cum elicere Urbe hostem non posset in id totus incumbebat ut partim auxilia omnia Urbe excluderet partim quam arctissima obsidione Urbem praemeret. Hoc consilio cum hyems vicinis fluminibus et lacubus omnibus glacie adstructis maiorem etiam eius rei

facultatem ei daret

facultatem ei daret diversis locis maxime vero Novogrodiam versus praesidia aliqua ita disposuerat, utneq aditus ad Urbem cuiqm esset posset, neq ex ipsa Urbe literae, aut Nuntij mitti, qui in nostros inciderent, Nam et supra lacu glacie tunc adstrictum per quem Novogrodia inter esse solet collocarat. Et Simonem Charlinscium, quod utriusq tam Novogrodiae quam Livoniae finibus Castellum imminet, praesidio Moschovitico deiecto, in eodem ipsum consistere iusserat. Quibus rebus fiebat, ut non modo ad Urbem nulla nova auxilia venire possent, urbsq ipsa in dies magis premeretur. Verum nostris etiam laxior uberiorq pabula esset. Itaq in summis Urbs angustiis. Exercitus autem omnium fere necessariarum rerum copia et abundantia, quae partim ex hostico, partim Riga aliisq partibus Livoniae comportabantur non desperabat. Cum praesertim durissimum anni tempus, aut fere maior eius pars iam praeteriisset, vel fame tandem Civitatem adactam deditione, vel si in aestatem obsidionem tollerasset, interimq nova a Rege auxilia mitterentur, vi tamen in potestatem perventura. Quam spem belli eius ipsius ratione conceptam, maxime tamen futuram, Scribae etiam Sviscij, qui praesente ad Plescoviam Rege vel captus fuerat, vel quemadmodum ipse postquam in potestatem venerat profitebatur, transfugerat; qui cum omnium Sviscij Secretorum, inprimisq Civitatis, et praesidij rationum conscius esset, Commeatum Urbi non amplius quam in Martio Mense provisum docebat ita cum ad obsidionem vel ultimum illud tempus continuandum et animo et ab Exercitu paratus esset, si non prius, ad id tamen tempus in potestatem eam venturam certo sibi promitteret. Verum cum Legati Moschovitici, cum non modo de Exercitu nullum incommodum rumorem sentirent, sed de eruptione a Sviscio infeliciter tentata et de ipsius Urbis angustiis magis in dies ea quae nollent cognoscerent, tum vero Posserinus etiam summo apud utramq partem studio in pacem incumberet qui hactenus variis rationibus rem duxissent tandem hisce conditionibus pax facta fuit.

Inprimis Moschus omni Livonia quam in potestate haberet Regi cederet Rex Lukos Zavoliciam caeteraq Castella de Moscho capta vicissim Moscho restitueret, Polociense tamen et Veliense agris exceptis qui tanquam pristinae ditionis Regiae apud Regem relinquebantur. Instrumentum bellicum quod in uno quoq Castello cum caperetur, fuisset et adhuc extaret suo quoq loco cederet. De ditiis non fraudi eam rem ulli apud Moschum fore Posserinus sua fide interposita receperat. De Narva Veisensteino aliisq nonullis ad Livoniam pertinentibus Castellis, quae a Sveciae Rege non multo ante tenebantur diu controversia fuerat. Cum Moschi quod in potestate sua amplius ea non essent nihil de pretensione eorum ad se disputabant. Nostri autem nominatim de illis in foedere caveri, iusq illorum caedi vellent, tandem protestatione a Legatis nostris interposita, qua ius illorum Regno recipiebant res

suspensa fuit Exerci-

suspensa fuit. Exercitus ut statim abduceretur convenit, ad præsidia autem recipienda, ut utrinq tam a Rege quam a Moscho Cubicularij mitterentur. qui cum venissent 14 die post iis qui missi essent ea traderentur, ita tamen ut ad exportandas res qui præsidia reciperent cædentibus iumenta et currus præstarent. Qua in re et si non parum incommodi Zamoscius videret, quod Exercitus metu armato nihil fere aliud metuebat, quo ea quæ convenissent servatum iri exploratum habere posset: Cum tamen aliter eis convenire non potuisset, ipse etiam Nostris assensus fuit. Præterquam enim quod Possevinus summi Pontificis nomine, omni studio ac diligentia pacem procurarat, summa etiam maturandæ utriq parti causa fuerat. Moscho quidem metus Exercitus tam potentis et parati in ipsis Regni sui visceribus versantis, maximaq de Plescovia cura. Zamoscio Livoniæ retinendæ studium, qui cum eius causa maxime cum Moscho bellum susceptum esset, præsidiis tamen Moschoviticis Plescoviam fere omnibus contentis, exercitu autem Polonico ad Plescoviam retinente, a Sveticis interim copiis intercipi videbat. Nam et ante iam ad Plescoviam Rex iret, Narva omni præsidio Moschovitico nudata, et paulo post Veisenstennium Castrum munitissimum, eodem modo occupata ab iis fuerant, et eo ipso tempore quo de pace agebatur cum alia quadam intercepta cognoverat tum Parnoviam a ponto Gardiano Exercitus Svetici Duce obsideri et cum privatim cum Præfectis Moschovitiis de deditione eius tractari tum publice Incolas Livoniæ edictis propositis ad Sveciæ Regis Imperium invitari. Itaq iure se pugnante præmia belli et victoriæ ab aliis omnia interciperentur. Veritus dum modo Livonia tota Moschus cæderet, quæ in Comitiis conditio accepta erat, de aliis rebus nunquam moram aliquam interponendam sibi putarat. Nuntius pacis confectæ tanta lætitia Plescovianses affecit ut demum quasi renatos se existimarent. Cumq qui eius rei Nuntium afferebat, ad Zamoscium prius in Castra venisset, ab eoq præsidio ei adiuncto ad Urbem missus esset, continere se non possent, quin etiam nostris spectantibus in humeros sublatum tanquam de Cælo aliquem delapsum venerarentur. Verum cum per aliquot dies ad Urbem adhuc cum Exercitu Zamoscius maneret ex summa lætitia in non minorem postea metum coniecti rursus fuerant. Abductus inde Exercitus fuit, tota fere Civitas spectandi eius causa in muros effusa, nec minq ex pristino metu cum horrente, quam discessu eius læta, nam et numero et genere hominum, et specie, ornatuq adhuc eo erat, ut multis ferè ex tam diuturnæ obsidionis, tamq sævæ hyemis incommodis decessisse ei videretur. Rationem agminis eam Zamoscius instituerat, ut cum primo agmine ægros omnes, quorum non exiguus, numerus erat mitteret. Inde Præfectos qui præsidia reciperent. Primo Urovecium qui Novogrodecum quod proximum in Livoniæ finibus Castellum est, de Moschis acciperet. Deinde reliquos prout quemq ad Castellum aliquod accipiendum destinaverat. Cum reliquo Exercitu omni ipse secutus fuit. A facta pace partem ut fiduciam suam Moschis ostenderet, partim ut suo exemplo eandem dictorum

constantiam ipsosq

constantiam ipsosq; invitaret: Ostroviam statim reddendam illis curavit. Illi nihilominus in Livonicis praesidiis, quae ipsis reddere debebant, variis causis interpositis moras nectebant. Itaq; ne Moschis quoq; ullum praesidium maxime autem Luki, de quo potissimum illis agebatur restitueretur mandavit. Praemiserat quemadmodum ostensum est Novogrodeii recipiendi causa Urovecium, quem cum fere octavum diem Moschi duxissent tandem Zamoscius ipse supervenit. Quod q; Urovecius superioribus diebus notitia cum Praefecto inita familiariter in Castrum admissus fuisset, per eandem speciem Zamoscius ipse cum Palatino Braclaviq. simili Urovecium fuerunt. Venerat sub idem tempus, ad Praefectum a Legatis Moschoviticis qui Lapolia fuerit, qui cum Palatinum Braclaviensem agnovissent, hic autem ipsum Zamoscium indicasset, territi sine ulteriori mora. Castrum tradiderunt. Zamoscius Exercitu omni, praeter eas turmas quas praesidiorum recipiendorum causa promiserat ad Novogrodeum contracto, ibi per aliquot dies partim ut Exercitum reficeret, substitit: Maxime vero ut tam in Pskos quam Moschos e loco utriq; imminente intentus esset: et cum illis si Parnavia non discederet his si pactis non starent, metu nominis, qui ad oppugnanda praesidia e essent missi, eodem e loco opere ostentaret. Sed Svetium Exercitum Jonatus Gardianus, primum de pace facta, et adventantibus Copiis Polonicis cognovisset, e campo contractum in praesidia deduxerat, Joannes q Lesniowski ad accipiendam Parnaviam a Zamoscio missus sine negotio a Moschis recuperat. In aliis autem praesidiis reddendis vanae moras a Moschis interpositae fuerunt. Maxime sane in Derpato tanquam altera patria sua habebant, Derpato recepto haud alia fere ratione et reliquis etiam arcibus priusquam de Derpato redditio Moschi cognovissent, ingenio dexteritate q nostrarum exclusi potius fuerunt, quam ultro eas reliquerunt. Ad Aegios etiam itaq; Praefectos, qui Lavoloci Lukis, ac aliis Castellis Moschoviticis praerant, ut Moschis cederent, Zamoscius literas dedit. Ad haec enim nullius a nostris quoq; possessio praeter quam Ostrovia tradita Moschis fuerat, tum autem ex fide omnes redita. Sub idem fere tempus, Gardianus Militia Svetia Praefectus, ad quam Parnavia recipienda causa Lesniowscium Zamoscius miserat, Obsidione Pernaviense soluta in praesidia copias conduxerat, possessionemq; Pernaviae pro Praefecto Lesnowolscius acceperat. Miserat similiter ad Gardianum Ernestum Wegerum et Michaelem Konarscium, quo de Veisenstennio etiam a Moschis Regi cesso significarent, possessionemq; ei postulavent. Sed a Gardiano ad Principem suum res recta qui ex instituto hominem suum ad Regem eadem re missurus esset. Cum Rex rerum Livonicarum constituendarum causa electo Moscho excurrendum mox in Livoniam sibi constituisset et 22 Martij Rigam pervenisset. Zamoscius etiam postridie post ad Regem venit. Sed res quidem Livoniae obiter tum lustrata inspectaq; fuerant. Ut autem quae communi sumptu operaq; gesta fuissent communi

etiam consilio con-

etiam consilio constituerentur, ad Comitia relecta fuerunt. Cum Rigen: sibus tantum de controversiis, quæ dilatæ prius fuerant, maxime de templis opera impensa Zamoscij constitutum aliquod fuit. Quæ cum illi amor: te Archiepiscopi Vilhelmi quemadmodum et plevæ alia ad Archiepisco: patum pertinentia occupassent pro summa temporum iniuria, solus D. Ja: cobi, et quæ proxime illi esset D. M. Magdalenæ ædibus cum Religione Catholica pro iis decisum. Verum cum Rex primum Vilnam mox postea Grodnam se contulisset consilio Zamoscij Comitia ante diem 3tium Men: sis Octobris Varsaviam indicta fuerunt, eo etiam maturius quod Lega: tis ad Sveciæ Regem Dominico Alemano et Christophoro Varsavico missis de conditionibus per illos propositis, compositioneq nihil spei af: ferebatur. Navva autem a Sveciis occupata, ne a Moschis occuparentur avertendum erat. Verum cum Zamoscius et pro munere Cancellariatus, et lo: co suo Senatorio, maxime militiæ præfectura, nulli vigilantissimi Senato: ris discretissimiq Cancellarij officio defuisset, nihil tamen in Comitiis ius actum fuit, in spem quidem ob evacuationes quasdam, inter quas maxi: me Stanislai Czankovij, qui et ob instrumentum quoddam causæ Bran: vicensis, et possessionem Snirensem iure coadiutavis, quod ab Henrico Rege collatum sibi asserebat, in Regiam evocatus fuerat: quas partim Nuntij Universi, partim si quorum res agebatur, uno edicto tolli omnes postulant. Rex autem ut inter legitimas et illegitimas discerneve=tur, volebat. Maxime tamen quod quorundam animis Nobilita: tis variis, partim suspitionibus, partim rumoribus a Rege alienati fuerant. Jam ante autem, finitoq mox bello, qui prædare in eo se gessevant è plebe, virtutis causa in Ordinem Nobilitatis non pauci adsciti fuerant, quibus Zamoscius petentibus insignia etiam sua, nota tamen aliqua, qua discernerentur adiuncta, et tum cum non solum ornamenta, sed præsidia etiam aliqua Nobilitatis, ut agros aliaq præmia expectarent, frequentes, et ut e bello egentissimi ple: rique ad Comitia venerant. Diligenter in Comitiis hisce appella: tus Rex a Lithvanis fuerat, ut Livoniam Lithvaniæ adiungeret, aliis vel tacentibus, vel dissimulantibus, surrexit Zamoscius reliquosq intuitus suos su: orumq Comitiorum periculis levandis, hosti ereptum dixit, de quo si qui ambi: gerent, ad Moschum ipsum se provocare non dubitare, sed vel hostis ipsius professione id evincere. Eo igitur ne a Regno se iungeretur, si a nomine contra duceretur, se tamen pro omnibus intercessurum. Sed militum difficultatibus conquisita undiq pecunia, tum ab his destitutam seve Remp: a se tamen deserendam Rex non existimavit, quo ad eius fieri potuit, occursum fuit, ut non modo diem solutionis a festo Pentecostes proferri paterentur, sed dum mo: do certo aliquo loco collocarentur et quo commeatus sibi supperterent, si in: terim Tartari irruptionem facerent, etiam sine stipendio, quocunq Zamo: scius eos duceturus esset, iuvos se polliterentur. Jam autem cum Vilnam Riga

Rex venisset, Tarta:

Bathorea Uxor Joannis Zamoyski. Samuel Zborovius

Cam
Rex venisset, Tartaricam legationem a Machomete Kiereio Thauricanorum Tartarorum Principe missam offendit, qui partim suis, partim Turcarum Principis, in cuius clientella Precopenses sunt, opibus fretus, partim donativa a Rege exigebat, partim nisi Cosaci coercerentur, aperte bellum Regi denuntiabant. Et in ipsius Comitiis Constantinus Ostrogiae Dux Palat: Kiovienę de apparatu eorum frequentes recentesq Nuntios proferebat. Comitiis itaq ut ostensum est perfectis, Varsavia Cracoviam Rex profisiscitur, ubi nova legatio Tartarica praesto illi fuit, iisdem conditionibus iisdemq cum minis, quibus superior. Ad eam Sinan Bassa primarius tum Wesyr literas adiunxerat, quibus Turcam etiam iniurias Tartari non neglecturum ostendebat. Iam ante quemadmodum ostensum est iustam Equitatus partem in Russiam Zamoscius transmiserat, ad eum quam potuit maximum numerum militu adiecit, Novos suis stipendiis alios conscribit. Ex Nobilitate nominatim fortissimum quemq evocat. Praeter eas Constantinus Dux Ostrogiae suas Copias quas non contemnendas e Clientibus suis coactas habebat promptissimae Reipub: offerebat. Itaq in Russiam Zamoscium contra Tartaros Rex Cracovia mittit, ubi copiis plerisq contractis, et per hiberna distributis, ipse Leopoli hiberna agens, in apparatus Tartaricos Nuntiosq intentus erat. Verum Tartari partim fama de Exercitu Regio, partim difficultate Boristhenis, per tempestates anni, hyeme illa traiciendi retento, in vanum minae eius exierunt. Zamoscius autem primo vere bene gesta Repubub: ac metu Tartarico depulso, Cracoviam reverso Griseldam Bathoream. Fratris Christophori Principis Transilvaniae filiam iam ante Testamento etiam ei designatam Rex despondit. Nuptiae celebratae fuerunt Cracoviae mense Junio die 12. totius Poloniae concursu, Lithvaniaeq frequentia, non sine autem invidia Zamoscij, maiora quasi communi fortuna Nobilitari spirantis.

Post nuptias cum Rex Nepolomiciae, Zamoscius Cracoviae aliquot septimanis egissent, inde autem Rex Grodnam, Zamoscius autem Kniszynum se recepissent, non multo post gravis casus, curaq Zamoscium excepit. Samuel Zborovius Petri Palat: Cracovienę filius alterius nuper defuncti Frater, in coronatione Henricana, ex provocatione quadam cum Tencynio Castellano Voinicensè, cum Zborovius ex Arce discedens, Tencynius autem in Arcem proficiscere uterq magno cum comitatu obiicij sibi fieret. Vapovium Castell: Premisliensę in comitatu Tencynij vulneraverat ex quo vulnere non multo post obierat. Re in iudicium deducta, absente Zborovio ab Henrico exilium irrogatum fuerat, infamiae poena quam Iura in huius modi casu statuunt, plerisq frementibus suppressa. Henricus interim ex Regno discessit. Zborovius iudicio deserto in Transilvaniam ad Stephanum tum Transilvaniae Principem se contulerat, a quo benigne acceptus Postquam Stephanus Fratrum etiam eius maxime Palatini Cracovienę suffragio in Regem electus fuisset, una cum illo in Regnum venit. In quo etsi Slosavae in finibus ut plurimum ageret restitutionemq tum apud Regem tum apud Ordines, quam sine transactione cum parte obtinere non posset, in Comitiis alio quin peteret cum Cognationibus tamen et propinquitatibus tumens comitatu Stipatus, imbecillitate etiam Magistratuum

am Magistratuum fratus libere passim per Regnum volitans, Juri Publico quasi insultabat, forte et alienationis nonihil inter Zamoscium et Zborovios intercesserat. Cum antea maxime cum Fratre eorum Joanne Zborovio Castell: Gnesnenę paterna etiam amicitia intercessisset, ut qui cum Patre eius Nevelensi maxime pugna Militiæ Aulicæ tum Præfecto una militarat, et cum Zamoscio amicitiam constantissimè ad id tempus coluerat. Quod maximum autem erat. Puer quidam Cythardus a Samuele profugiens literas quasdam Christophori Zborovij ad Samuelem scriptas ad Regem pertulerat, ex quibus de salute Regis consilia eos inter se inire Rex putabat: ante etiam ad Hieronimum Philipovium cubiculi Regy tum Præfectum insidias quasdam strui delatum a nonullis fuerat. Rexq in locum designatum missis, quæ delata ad eum fuerant, repererat. Statum solenneq iter quod omnibus notum erat Cracoviam Zamoscius tanquam Præfectus Judiciorum obeundorum causa habebat. Samuel igitur Zborovius consilia contra Regem detecta ratus, sive etiam odio contra Zamoscium aliquid moliendum, sive etiam ut postea præseferebat Regno in Italiam cedendo, sub idem fere tempus, Zborovius monuerat, ut selectis itineribus dimensis Cracoviam una cum Zamoscio ingrederetur, neq iter eius ignotum hominibus esse poterat, et in summa Libertate sermonis, Variæ in Zamoscium minæ iactabantur. Cum Zamoscius omniũ rerum ignarus Knyszyno profectus, in Sendomiriensem agrum propius Cracoviam venisset, non solum à multis honestis hominibus de iis monitus fuit. Sed non pauci etiam ut Joannes Thomas Drohicevius Præfectus Premisliensę aliisq ex remotioribus locis, per quæ iter Samuel Zborovius fecerat, in itinere Zamoscio occurrerunt, ut si vis ei fieret, præsto ei essent. Ita itinera sua Samuel moderabatur, ut plerisq in locis non longe et vel dimidio miliari a Zamoscio pernoctaret. Zamoscius autem quoad in aliena Jurisdictione esset abstinendum ab eo ratus. Cum in Cracoviensem Præfecturam ventum esset, Zamoscius Proscoviciæ, Zborovius vero procul inde ad Sororis Filiam Viduam divertit, commeatumq satis longo inde intervallo collocarat, alios Cracoviæ parare se dicebatur, qui postridie ingrediendi occurrerent, ipsoq Zamoscium subsequente medium intercluderent. Hic igitur non diutius cunctandum Zamoscius ratus. Stanislaum Zolkievium tunc adolescentem sub noctem, Lucam Lorneam, Simonem Charlinscium Wybranovium, quibus in superioribus bellis peditum Ductoribus usq fuerant, et Mrocskonem Virum militarem mittit, iis Comitatum aliquem peditũ addit, qui in Gynæceo abditum eruunt, captumq Prosoviciam ante lucẽ ad Zamoscium adducunt. Zamoscius de re tota quomodocunq acta esset per celeres Nuntios ad Regem mox refert ipsum peculiari rheda impositum idoneisq præsidiis custoditum ante cursum suum Cracoviam secum perducit. Convenerat tanquam ad Judicium non contemnenda pars Nobilitatis, inter quos non pauci ipsius Zborovij petebant, ut sub

custodia ad Comitia

custodia ad Comitia usq haberetur. Zamoscius etsi quod Jus publicū a se postulare ostenderet, non alienus tamen ab eo etiam erat, si quis custodiam eam a se recipere vellet, sed cum nulli eius rei vades existerent rescriptumq interim Regium allatum esset summo mane in Arce Cracoviensi extra partem quae Casimiriam spectat mandato Regio, lege in eum actum, corpusq volenti tollere sepulturae expositum, atq a propinquis ipsius ablatum in sepulturam fuit.

Quod exemplum in hominem illustri et illis maxime temporibus potenti familia natum, tantam invidiam cum Regi, tum inprimis Zamoscio excitavit. Ut maximos motus in Polonia praesertim post Regiam mortem in Zamoscium ederent. Accessit altera ex iudicio Christophori et Andreae quorum hic Mareschalcus Curiae erat, Fratrum eius. Cum enim huiusmodi ut supra ostendi literae manu Christophori scriptae per puerum Samuelis allatae ad Regem fuissent. Lublinum Senatum convocavit, ubi literis in Senatu exhibitis lectisq tota de re ad Senatum detulit. Omnes authores ei fere ut in iudicium eos vocaret. Comitia igitur indicta fuere. Ante Comitia ad Conventus, qui ex more Comitia antecedere solent. Christophorus Zborovius Prossoviciam excurrerat. In eo Conventu cum Fratris supplicium miserando, tum aliis quibuscunq rebus invidiam Zamoscio potissimum conflando, inter alia venenum per Prussium quendam, a Dzierzeko Culinae tum Zamoscij Praefecto sibi subiectum, magna cum hominum commotione confessus fuerat. Cum igitur Maiestatis rei tam Andreas quam Christophorus Zborovij in Comitia accersiti fuissent, priusquam de primaria causa cognosceretur, a Dzierzeko Criminis eius falso in se conficti, condemnati fuere: Wlodkowa etiam Vidua, ob vim in aedes a Zamoscio factam negotium Zamoscio facessere tentat, illoq negante Zamoscius actione ea absolutus fuit. Zborovij Fratres alter Christophorus Maiestatis absēs condemnatus, alter Andreas cum praehendendus esset, fugit. Inter maximas igitur turbas, non modo infectis rebus, sed maxima etiam Zborovianorum, earumq partium invidia ex Comitiis discessum a publicarum autē rerum cura omnes eas differentibus. Rex tum liberior in Lithvaniam maxime autem Grodnam aedificiis exornandam extollendamq totus incumbebat.

Exemplum id cum alij tum inprimis Zamoscius et in otio eo aemulabatur. Duo hic duplici fere consilio oppida iam ante condere instituerat. Unum in agro paterno in quo cum antea Skokowka ligneum quidem Castrum, sed pro captu Regionis satis munitum, maxime autē duorum omnium Vieprzij et Kalinae confluentium ambitu cinctum fuisset, Zamoscius eo deiecto, in ipso continente Castrum novum et cocto lapide, et huic oppidum adiungere coeperat. Maxime quidem ut et ipse

praeclarum ali:

præclarum aliquid ad Posteros sui monumentum relinqueret et Maiorum suorum memoriam eo ipso renovaret, non minus tamen etiam, ut patriam suam Russiæ in qua natus esset, cum Oppidis tum maxime negotiationibus atq Opificiis introductis quantum in se esset excoleret. Itaq et immunitates multas magnasq a Rege facile ad eam rem eis impetravit, et ex diversis Nationibus eo plures partim Mercatores, partim Opifices convocavit, inter Armenos, qui nova etiam quædam Opificia in Polonia ante hac non frequentata introduxerunt imprimis Corij picti præparandi, cuius cum tantq in Polonia usus sit, quantus fere nullius alterius rei, pro multitudine etiam pecoris corio vel maxime abundet, omne tamen id Corij genus a Turcis fere hactenus petitur, maiorq in id quotannis vis argenti ex Polonia exportatur quam quisq æstimari posset. Neq vero cultum modo et commercia eo spectavit, verum ut contra omnem ingruentem vim cum suorum, tum reliquæ vicinitatis tutissimum receptaculum esset, muro etiam et vallo fossaq move novo id munire constituit. Armamentariumq et tormentis partim bello captis, partim liberalitate Principum et Civitatum nonnullarum ei donatis, quæ non parua erant copiosissimum ibi instruere, præterea vero Templo, quod elegantissimo opere postea constituit, tum Collegij et Academiæ fundatione ita ornare, ut nihil vel ad defensionem, vel ad elegantiam, cultumq hominum ei deesset. Nomen Oppido novum Zamoscium inditum ad veteris memoriam, primæ in Russia maiorum eius sedis, quæ duobus vix ab Oppido hoc milliaribus a patruo eius Vexilliffero Chelmensi tum adhuc tenebatur, postea illo mortuo ad hoc novum ab eo adiunctum fuit. Sed quemadmodum ubiq fere novis inclarescentibus, vetera cadere solent ita temporis progressu unum fere novum Zamoscium appellari, vetus vicatis quam Accolis notum esse. Alterum in finibus Podoliæ contra fines Tartaricos, Turcicos, ac Valachicos, sub id etiam fere tempus constituit ab eo exstructum. Agrum ibi amplissimum, sed ob vicinitatem hostium omnino desertum, et ut tum tempora erant, nullius fere fructus, ab Episcopo Camenecensi, cuius nominis Bialobrzescio, pro aliquo agro ad Varsaviam sito, tenui quidem illo, sed tamen alicuius fructus summi Pontificis et Regia authoritate accedente permutavit. Cum autem in ipsis adeo finibus quemadmodum extensum est agri situs fertilissimus esset Oppido et Castro occupare eum constituit, non tam præsentis alicuius commodi causa, quam partim ut ova ea paulatim exculta eo longius Barbaros arceret partim etiam quod si vel temporis longinquitate, vel conversione aliqua rerum loca ea postea pacarentur, vel maxime fructus speravi ei ius posset. Podolia enim omnis a situ loci quod versus Pontum Euxinum vergat quasi Inferior appellata cum multis aliis opportunitatibus, ius maxime abundat, tum vero glebæ ubertate tanta est, ut nulla totius Sarmatiæ Regio sit, quæ vel bonitate soli, vel pascuorum magnitudine conferri cum ea possit. Itaq et equorum optimorum, et reliqui pecoris armentorumq omnium

non modo copia

non modo copia, verum præstantia etiam cum omnibus fere contendit. Multoq argumento sunt priusquam Turcæ Imperio Græciæ et Thraciæ potirentur ab hisce populis magnam partem Impery Græci, vel maxime tum frumento, tum pecore nutritam fuisse. Vetustioribus autem sæculis vel ipsas Athenas frumentum ab ipsis importatum. Nunc ob Turcarum metum, viciniorũ autem Tartarorum frequentissimas incursiones, in summa ubertate summa vastitas est. Itaq multi iiq amplissimi agri neglecti et inculti iacent. Multi ab ipsis Dominis vel prodesertis habentur, vel levissimo pretio veniunt. Quare a copiosioribus non nullis adversa, non pauci partim meliorum temporum spe, partim utilitate ipsa allecti, non minima terrarum spatia a diversis possessionibus coempta coniunxerant: Eademq partis Oppidis callis occupata utcunq tuentur. Inter quos maxime quidem Ostrogiæ Duces vel latissimos tractus possident. Sub idem fere tempus Constantinus Ostrogiæ Dux, novum quoq Castrum versus fines constituere cœperat eius æmulatione aliud Nicolaus Jastovecius Præfectus Sniatinensis. Zamoscius inter eos hoc præcipuum habebat, quod ad Turcicos fines nemo tam propius accederet vix enim 16. milliaribus abest a Szenderia. Opus omne ex ligno argillaq more locorum eorum extructum, Castellum agere et fossis munitum. Contra Tartaros cum quibus solis maxime ibi res est, cum peditatum nullum habeant, neq tormenta secũ ducant, aut nullum fere paulò munitiorem locum, rapinis tantum dediti oppugnare soleant, satis id munimenti putatur, novum Oppidum Szarogrodum a Zamoscio appellatum: in honorem Floriani Szarij Jelitani, de quo supra ostensum est. Vicina autem plebe rustica, ad Nominis eius famam concurrente, non parum mox frequentatum fuit. Itaq multitudine hominum crescente postea aliquot etiam agros adiunxit, aliquotq præterea in iis Oppidula constituit, quæ cum prioribus coniuncta iustum Territorium confiiunt. Maxime autem militares aliquot Viros habere ibi instituit, qui partim ad Tartarorum incursiones excipiendas parati, partim iis ipsis in ea vicinitate terrori essent. Res in Aula Turcica postea animadversa gravius accepta fuit, quam rem alioquin non magnam a potentissimo Vicino acceptum iri suspicatus quisquam fuisset quod enim in uno ex recentioribus fœderibus ne nova Castella in finibus utrinq excitarentur scriptum essent legato misso de iis quæ ædificari cœpta essent, gravissime expostulabat. O operum exiguitas fuit, quæ ne Nomen quidem Castellorum mererentur, ut quæ non publico nomine sed in privatorum bonis, a privatis domestici potius usus quam præsidij alienius causa constituerentur, Maxime vero Caput id fœderis quo nova omnia opera in finibus prohibentur ad controversa loca pertinere demonstratum in quibus ea prætoria potius quam Castella instituta essent extra omnem controversiam esse.

controversiam esse. Nonnihil tamen etiam ad finium securitatem Cosacorum, de quibus alias maxime, et Turca et Tartari conqueri solerent, latrocinia coercenda expedire significatum, ut locis illis Oppidorum et hominum frequentia excultis, et minus vastitatum in quas se adderent, haberent, et facilius comprehendi possent. Qua in re Crauszum quendam qui ad nova opera illa inspicienda muniendaq missus fuerat, egregie latum ab illo memini. Cum enim ille vix expertato congressu, quam primum Zamoscium vidisset, clamare in Zamoscium ea de re cepisset. Quod tu inquit per Interpretem, per quem illa agebantur, Mi homo vociferaris? An nescis levi tui commoda id fieri, quod dum de Cosacis assidue queratur, utrum Cosacos viuinos habere, an qui Cosacos perquirant prohibeantq magis eius interest; effusa deinde homini famelico obiecta mitiorem ore reddidit. Sub idem fere tempus, quo Cracoviae post Comitia Rei agebat Zamoscius Praefectura Cracovien se abdicans Nicolao Zebrzydovio Praefecto Stebycensi, qui Consobrinam eius tunc in Matrimonio habebat, in expeditionibus autem omnibus Moschoviticis, magna animi et virtutis documenta dederat, cessit. Maxime vero sumptuum molestiarumq pertesus, quas indictarum pro Praefecto obeundarum causa, e Prussia ubi Patrimonium omne suum habebat, tanto intervallo decurrendo aliquoties quot-annis suscipere cogebatur. Simultamen in omnes etiam casus qui existere possent in illa alienatione partis eius Nobilitatis Cracovien, qui Zborovius addicta erat, ut se aliis locis et muniis Reipub: occupato, Cracovia in sui potius alienius, quae cum authoritate esset praesentis, quam sua ipsius absentis potestate esset. Neq multo post Idibus nimirum Decembr. Ao 1588. Rex Stephanus Grodnae mortuus fuit. Tam repentina improvisaq morte ipsius varie hominibus, ut quisq animatus in eum erat, affectis, omnibus autem perculsis perturbatisq, In ipsa enim expeditione Comitiorum cu Conventus iam pro more tenerentur, Legatiq mandata illius exponerent quibus omnibus rebus praeter omnium expectationem mors eius intervenit.

# LIBER TERTIVS.

Morte Stephani Regis et graves adversarios et molem omnium rerum in se conversam Zamoscius videbat, animo tamen nihil deijciebatur, sed missis ad plerosq partim Senatores, partim Nobiles, vel familiaribus, vel literis et illos ad Reipub communibus consiliis invitabat, et animos confirmabat. Cum et more ante Comitia Electionis et per municipia

Singula et deinde

singula et deinde Varsaviae genus Conventus habeatur, in quo de loco et tempore Electionis constituatur. In omnibus illis varie ab adversariis exagitatus fuit. In Leopoliensi quidem Russiae Conventu Exequias etiam Regi celebraverat. Excitatus illi adversarius ibi Nicolaus Jablowiecki Praefectus Sniatini, ab illo ipso antea non paucis beneficiis affectus. Sive etiam ab Austriacis, iam tum rerum suarum satagentibus in partes traductus esset. sive ab Adversariis contra cum adiunctus ad Conventum Varsaviae magnis opibus conatuq cum Stanislaus Gorkanus Palat: Posnaniae tum Zborovij aliiq earum partium convenerant. Zamoscius cum nihil in eo Conventu praeterquam de loco et tempore Electionis statutum iri sciret, in vulgus quidem suum quoq adventum simulabat. Ab initio tamen cum sine maximo sumptu obiri id non potuisset, ad ipsa Comitia Electionis omnes vires integras potius servare statutum erat. Cum minoribus autem Conventibus, maxime Leopoliensi Jablowiecius, tum in Varsaviensi alij adversarij in id maxime incumbebat, ut Imperium militare tanquam morte Regia vacans, vel abrogarent ei, vel Collegae saltim imponerent. Verum re ea partim ratione, partim constantia Zamoscij, amicorumq tum consilio discussum. Ad Electionis diem deinceps destinatum frequentissime conventum fuit. Ac Zborovios quidem opibus Austriacorum adiutos satis apud plerosq in aperto esse putabatur. Itaq Regnum Austriaci imprimis maximoq conatu ambiebant tum Zboroviorum studiis freti. Idq quatuor omnino ex iis Ernestus graviter, Mathias qui nunc Rom: Imperator est, per Streinium Legatum suum Baronem Genere quidem, sed magis doctrina clarum, minoribus autem opibus suffragationibusq Ferdinandus Archidux omne studium favoremq suum, quam habere poterat, in Maximilianum transferebat. Filij Borgeviae Comitis maxime causa, cui si Maximilianus ad Regnum pervenisset, Magistratum Ordinis Teutonici partus a Maximiliano Ferdinandus putabatur. Itaq maximis opibus cum Ferdinandus, tum Maximilianus Regnum ambiebant. Illorumq partes maxime Zborovij fovebant, illorumq imprimis opibus initi putabantur. Moschus solito fastu moreq suo potius ut Regnum sibi deferretur expectabat, quam ipse ambiebat. Sveciae Rex Joannes amore metuq Filij in turbas aliquas a se dimittendi neq ipse magnopere ambiebat, si dotem aliquam quae ex Regno sibi debere putabat accepisset contentus iis futurus. Regina igitur Anna Sorore mortua sola quasi curam eius rei suscepisse videbatur. Ipsa igitur primum quidem literis, postea etiam Martino Lesnovolscio Castell: Podlass elegantissimi Imperij Senatore ad Regem misso ad capessendam eius rei curam animabat incitabatq. Itaq adductus ut primarios aliquos homines suos, Comitem Henricum Brachae, Erricum Sparvice Cancellarium, aliosq primarios ad Comitia mitteret qui Regnum ambirent, deq conditionibus agerent. Maximilianus interim ne apud Zamoscium quidem cessabat, sed partim per literas multis magnisq conditionibus eum tentabat, partim per allegatos nonullos homines graves, sed tamen per iudaeum etiam quendam metu Zboroviorum ne ad eos res emanaret alione consilio

naret alieno consilio incertum. Ne Bathorei quidem defuncti Stephani Regis Fratris Filij rebus suis deerant: Ac Andreas quidem Cardinalis Nuntio de morte Stephani Regis Romæ accepto, mutato habitu celerrimis equis in Poloniam se receperat quorundamq; e Nobilitate qui vivente adhuc Stephano Rege ei se dederant, spe inductus circa Cracoviam hærebat. Sigismundi impubis adhuc nomine tutores Legatos Alexandrum Kendrij Volfangũ Conacovium Cancellarium miserat, sed ne frustra contra invidiam popularium tenderent in futurum potius Regem quibuscunq; possent beneficiis, in omnes casus Provinciæ, et sibi devincerent, moniti Zamoscius et si a Maximiliano diligentissime sollicitaretur: in partibus etiam Sigismundi Principis Sveciæ omnis fere spes in Regina tantum esset, contra tantas opes Austriacorum Adversariorumq; maximos conatus non parum augebatur. Ut tandem ad Sigismundi partes sine dubitatione tandẽ se conferret, propter violentiam adversariorum, qui in Maximiliani partibus erant, cum Sigismundi Augusti, a quo maximis beneficiis affectus erat, tum Reginæ Viduæ reverentia eum adducebant maxime autem a Maximiliano belli Turcici, quod Hæreditarium quasi Domui Austriacæ cum Turca intercedit, tum libertatis etiam vicinis ditionibus Regno imminentis metus abstinebant. In Sveciæ Principis cui neq; cum Turca quidquã intercederet, a Regno autem Mari disiunctus esset diversa omnia ducebãt. Prius tamen quo facilior in Austriacum consensus esset, concordia inter Zbororios et Zamoscium tentata. Primum per Senatores aliquos, maxime per Szafranscium Palat: Sendomirẽ. Nicolaum Firleium Castell: Biciens. Regni Referendarium, tum per ipsos etiam Legatos Austriacos. Frustra tamen quod Zbororij ut in Candidatum eorum simul Zamoscius consentiret, ipsis fortasse Legatis Austriacis non insciis vel invitis volebãt Zamoscius a voluntate et publica et sua alienissimum iudicaret. Ac primum quidem communibus Comitiis omnia agebantur, non sine turbis tamen motibusq; Postea cum et tempus laberetur, et difficillimo anni tempore, messe iam instante multi dilaberentur, Consilio Zamoscij aliorumq; nonullorum Senatorum secessio facta separatoq; loco conveniri cæptum non ut Consilia sua ab Aliorum se iungerent, verum ut pacate de Repub: deliberare possent, et ad reliquos in aliis Comitiis referrent, communiq; consilio de omnibus statuerent. Verum Palatino præsertim Posnanẽ. Zbororiisq; importunius cum nonullis agentibus, multi cum ex Senatorio tum Equestri Ordine ad illos se adiunxere. Tandem ipsum etiam Comitium exustum fuit, in campoq; ab altera etiam parte conventum. Ad extremum cum ipse etiam Archiepiscopus Karnkovius importunitate. Goreani Palat: Posnanẽ offensus, ad eos qui cum Zamoscio erant accessissent, non cunctandum diutius rati re iis qui remanserant, prius denuntiata, præsidiis ubiq; dispositis

Sigismundum Principem Sveciæ per Archiepiscopum Regem pronuntiant solennesq; Deo

tiant solennesq Deo laudes reddunt. Quare adversarij perturbati ex Campo mox dilabuntur, sequentibus diebus et inter se, et cum Legatis Austriacis Consilium capiunt, maximeq an controversum Regnum Maximilianus, accepturus esset, ex illis quærunt. Illis accipientibus 5to die post Maximilianum eligunt, perq Voronjecium nominatum Episcopum Kiioviensem eum nominant. Senatorij Ordinis plures septem non erant, Georgius Radzivilius Episcopus Vilnensis, Voronicius Kiioviens, Stanislaus Gorka Palat: Posnan. Joannes Zborovius Castell: Gnesn. Ostrovog Castell: Kamen. Andreas Zborovius Mareschalcus Curiæ Equestris Ordinis non multi, Necessarij maxime illorum. Inter quos imprimis Christophorus Zborovius qui proscriptionem superiorum Comitiorum non absterritus. ad Electionem cum 400. circiter Equitibus armatus venerat, atq suis partibus iudiciis superioribus solutus inq integrum restitutus, interprimos in Consilio ille versabatur, Maxime tamen Georgij Radivili Cardinalis authoritas, cum Suffragatores Maximiliani, tum ipso illius Legatos confirmabat: Ut qui non solum familiæ claritate, sed de etiam ipsorum hominum opinione Magnus apud omnes erat, Lithvanicos etiam Ordines, vel præsentaturus, vel adiuncturus putabatur. Ad hoc enim tempus ad Suffragia Lithvani nondum accesserant, sed quæstiones quasdam ultro citroq referentes, deq gravaminibus agentes ultra Vistulam substiterant. Ad Sigismundi autem Electionem invitati cum certo venturi expectarentur, ad Electionem autem festinanter propter opinionem tardarunt, atq ita absentibus iis administrata fuerat. Maximiliani Electioni quemadmodum ostensum, solus Cardinalis Radivilius adfuerat, Verum tum Legatis tum Sigismundi certis conditionibus constitutis, perq Legatos iuratis; quam ab altera parte Maximiliani legatis itidem qui suum quiq Regem exciperent designatis in diversa itum. Zamoscius Cracoviam recta contendit, alij in maiorem Poloniam, alij itidem versus Cracoviam uno atq altero die ante Zamoscium, liberius autem solutiusq agentes. Cum Zamoscij mane in stratis ferè Prasecij, quod primū Cracoviam Varsavia euntibus oppidum occurrit, assecutus facile opprimere potuisset, ab iis abstinuit, neq quidquam hostile in eos tentavit, ut qui cavillari potius cum Gorcano Palat: Posnan. soleret, illum Vitembergensem Rectorem fuisse se Palatinum: pro se quoq anniteretur, qui tum in se esset operam daturum, ne Vitembergensis superior Palatino videretur. Non multo postquam Cracoviam Zamoscius venisset, Andreas Zborovius Tarnovium Castell: Sendomir. qui inter Legatos ad Regem Sigismundum excipiendum Gedanum designatus fuerat, Stobnicij vi invaserat, atq iter iam paratum. cum uxore liberis et suppellectili non pauca captivum secum adduxerat. Stobniciam quam Regio beneficio Frater ipsius Palatinus Cracoviensis, postea filius eius tenuerat, ~~ego~~ ei autem mutuo a Stephano Rege Tarnovio collata fuerat occuparet. Christophorus

ret. Christophorus autem Zborovius Visliciam Praefecturam cum manu aliqua Equitum Peditumq; improviso interceperat. Cum enim Cracoviam tenere non possent ut circa Cracoviam tamen certa loca possiderent, equibq; advenienti Maximiliano praesto essent, opera danda eis fuerat; simul vero quod in Electione iam a Sigismundanis Conventus Nobilitatis Visliciam indicatus fuisset impediendis fortassis eius causa, Zamoscius in eo non parvum situm ratus, ut libere Conventus is haberetur iusta militum manu Visliciae loca occupat. Zborovianisq; intra moenia conclusis, ad diem magna frequentia sub ipsa Vislicia in Campo Conventus habitus fuit. In summa expectatione adventus Sigismundi erat. De quo ad eum diem nihil omnino nec ab eis qui in Sveciam praecesserant nec quem a Legatis Gedanis excipiendi deducendiq; Regis causa expectabant, acceptum fuerat. In quo Conventu Vislicensi summa omnium laetitia allatum Nuntium fuit, Gedanum iam Regem appulisse. Constitutis igitur in Conventu quae tempus postulare videbatur, maximeq; de Legatis tam ex minore quam maiore Polonia Zamoscio aliisq; Senatoribus, dum Rex veniret ad Coronationem et Equestri Ordine in Consilio adessent, Cracoviam Zamoscius se retulit. Ubi enim nunquam quam antea expectatio Sigismundi anxios omnes habebat. Maximilianus in triduo fere postquam Zamoscius Cracoviam revenisset, sub Cracoviam cum Exercitu advenerat, per quae literas antea Zamoscio tentato, Legatis etiam semel atq; iterum ultro citroq; missis, cum frustra omnia esse videret. Obsidere tandemq; oppugnare etiam Cracoviam coeperat. Zamoscius igitur cum Andrea Tecsynnio Palat: Cracov. Nicolao Zebrzydovio Praefecto Cracov. ita re inter se comparata: ut Tecsynnius Urbem, Zebrzydovius Arcem tuerentur ipse Clepardiam, Casimiriam, Superioraq; castris complexus fuit. Legati interim rebus cum Sigismundo compositis, Decretoq; Electionis Sigismundo tradito iuramentoq; in conditiones ab eo accepto in itinere versus Cracoviam erant, in iisq; Ecclesiastici inprimis Ordinis Stanislaus Karnkovius Archiepiscopus Gnesn. Hieronimus Rozrazevius Epus Cuiavien. Andreas Opalinius Regni Marschalcus, aliiq; complures.

Maximilianus adventu Sigismundi cognito Erasmum Lichtenstennium et Stadnicium cum duobus millibus circiter Equitum obvios illi mittit, quae res magnum terrorem iis, qui cum Sigismundo erant incussit. Occasio nonnullis videbatur, cum Exercitum ita Maximilianus minuisset, in eum erumpendi opprimendiq;. Sed Zamoscio tutiora Consilia potiora visa. Non multo post etiam a Maximiliano, vel id verente, vel oppugnationem iam parantem, ut coniunctas omnes Copias haberet, expedire existimante. Priusquam Petricoviam, usq; venissent, ubi tum Sigismundus erat, revocati fuerunt. Maximilianus autem summo

conatu Cracovian

conatu Cracoviam expugnare adversus, per eas munitiones quas Clepardia Zamoscius obiecerat, ipseq cum milite omni decubabat, perrumpere ad eam conatus fuerat. Nihil sane omnibus rebus humanis incertig vanissimum tamen omnium somnia ab eventu notata, non alienum fortasis commemorare fuerit, Cum nocte ea cuius sequente summo mane Maximilianus oppugnationem tentaturus erat in valle pernoctaret: visum sibi fuisse narrabat Maximilianum sertum e pretiosissimis gemmis humo sublatum sibi, de Sobiescio Vexillifero tum Regni postea Palat: Lubling. qui postea Graecaptivi Maximiliani cum instrumentis apparatug omni bellico summa vi impetug ad moenia accurrit. Maximilianus ipse cum Equitatu omni instructus in Campostabat. Ubi re non imprevisa fortissime a milite Zamoscio excepti, multi casi, primum in Campo, priusquam ad moenia perrumpevent, deinde in ipsis etiam fossis signa tormentag non pauca capta, in quibus compluva Gorcani Palat: Posnang. insignis in conflictu eo ipsig Zamoscy virtus fuit, non consilio solum sed manu etiam, qui ipse aliquot in eo interfecerat. Maximilianus ab oppugnatione depulsos videns suos, cum etiam frequentibus tormentis e muris peteret, omnibus ad se receptis, Provinciam primum inde a Lichteistenio sepultura suorum tubicine misso petita, versus fines Silesiae se recepit. Nostris etiam non pauci periere. Inter alios Kormansius peditum centurio, qui solemni pompa Cracoviam deinde a Zamoscio relatus fuit. aliquot diebus post Sigismundus diverso itinere capto, Cracoviam venit, summog ab omnibus gaudio, a Zamoscio aliisq Senatoribus summag Ordinum frequentia, in Campo primum excipitus, indeq per Urbem in Arcem solemni Pompa perductg fuit. Ut autem Sigismundi omnes adventu Ordines summopere recreati fuere, ita variis controversiis quibus partim de Istoria cum ipso Rege et Consiliariis eius Suedicis, partim diversae Religionis hominibus, de cautione in Religione illorum aliisq ducta Coronatio fuit. Non parum animi hominum debilitati, peracta tandem tamen rebus iis utcunq compositis Coronatio fuit. Reliq ultimis diebus Decembr. a Stanislao Karnkovio Archiepiscopo Gnesn. solemnibus Ceremoniis inauguratus fuit. Summis temporibus Stephani Regis inter Andream Opalinium Marschalcum Regni Maioris Poloniae Generalem et inter Zamoscium amicitia erat. Per Interregnum quoq ad hoc usq tempus satis constans durare putabatur: tum si mutatis aliquid inter eos oriri videbatur. sive quod quemadmodum Zamoscio a quibusdam persuasum erat, a Comitiis Electionis profectus cum Joanne Zborovio Castellano Gnesn.

stellano Gnesn cum quo propter alias institutiones affinitas etiam in-
tercedebat, congressus in utramq partem se comparaverat. Ut si Maximil-
ianus superior extitisset Zborovius Opalinium contra Sorcanum Palat:
Posnan: cum quo magna simultates ei intercedebant apud quem inter
primos futurus Sorcanus esset, tueretur. Si Svecid Princeps Zborovij vi-
cissim tuendi partes, contra inimicitias cum Zamoscio Opalinius susce-
peret. Deoq neq certus in partibus Zamoscij videretur, sive etiam impe-
titionibus quibusdam apud Novum Regem alter alteri obstare videretur
non satis inter eos convenire existimabatur, omniaq auctantibus proce-
dere videbantur, non potest inter tot propinquitates quid agerent la-
tere adversarios. Ac Joannes quidem Zborovius Castell: Gnesn qui
militiâ apud Maximilianum prerat, quam primum de Coronatione
Sigismundi cognovisset, a Maximiliano discessit ad suaq se propere recepit.
Cum reliquis infimis Maximilianis herebat sive in occasionem inten-
tus, sive trahendo duendoq bellum confuere, id se posse ratus, quem ad-
modum quidem apud omnes constabat nisi in tempore bellum fini-
tum fuisset, facile exhauriri nostros potuisse. Vilunenses interim et
Sivadienses se in uris Maximiliani infra fines suos hibernantis, si-
big gravis frequentes Nuntios Regem Ordinesq Cracovia appellabat.
Zamoscius nisi æmulos amovereturs Regnum Regem pacatum
non habiturum statuens. Turmis omnibus coniunctis, rebusq satis
ante explorati die 24 Decembr. Cracovia profectus. Maximilianq
vel adventu eius cognito, e finibus Regni, in Silesios Bendzinium
quod Duis Brigensis Oppidum est se receperat. Zamoscius per Rese-
piciam et Vielunium eum secutus. Die Dominico post summo mane
eum assecutus fuerat. Per opportune autem sub id tempus Baltha-
sar Bathoreus, et Bornamissa cum bis mille circiter partim Equi-
tibus partim Peditibus Sigismundo Bathoreo impubere, a Tutoribus
seu Ordinibus Transilvanid subsidio Regi missi, advenerant. Maximi-
liano etiam Valentinus Herpostuari qui paulo ante Lubouliam
quæ Mauricivio tum absente in sepulcio veteris possessionis Regni,
sive Regis tanquam præsuto tenebatur, intercepterat. Cum totidem
aut aliquando pluribus Ungaricis peditibus suppetias missus erat.
Per agrum Molendini non procul a Bydgno transeundum Zamo-
scio erat, qui si occupatus fuisset, non difficulter fortasis transitus
prohiberi potuisset, verum cum sine impedimento ullo eum transi-
isset, tormentis mox eum occupavit ing liberos campos evasit. Sub
ipso fere Bydgno instructam aciem offendit. In medio quod robur
erat Exercitus Lichtenstennius et Redevius cum Germanis Equitibus
erant, a dextro latere. Hoperstuari cum Hungaricis peditibus ab altero
latere Bohemici, Moravici, Silesii alij auxiliares, Inter eos Maximilia-

nus ipse cum Cor-

nus ipse cum tormentis; in extremo agmine Andreas Zborovius erat. Ventum Maximilianus secundum habebat. A Zamoscio itidem mox acies instructa, Hungaris Transylvani oppositi; Equiti Germano, gravis armaturæ, Nostri, auxiliaris reliquus miles. Venti autem occupandi causa in latus a plerisq; acies inclinata, iam post meridiem dies inclinaverat. Zamoscius Horologio dari sibi iusso: Pekoslavio Ferensbachio, aliisq; in crastinum pugnam differi suadentibus, ipse vel die Dominico, quem maxime sibi prosperum experiri solebat fretus, vel satis ad prælium adhuc temporis esse ratus pugnæ signu dari jubet. Gravis armaturæ militibus Gabrielem Holubconem cum Cosacis aliquot permittit: ii a Germano Equite mox disjecti fuerunt, Holubiec ipse interfectus. Velites deinde sive Chelvarij Andrea Karncovio Duce aliquamdiu rem sustinent, Germani per aciem oppositam pugnando progressi, munere suo defunctos se existimantes oppidum versus pugnamq; amissam intelligentes, ulterius se recipere. Propostuari cum ut aliquantum se reciperent, suos inclamasset, illi recidere ex pugna sibi iussit, existimantes prælio mox excessere. Reliqui omnes ab Equite pediteq; concisi, mox fugêre. Maximilianus cum Andrea Zborovio, Marschalco Lichtenstennio, Goreano, aliisq; prælio amisso in Oppidum se recepit. Quo iussu Zamoscij milite mox cincto primum Lichtenstennius, cum Stanislao Ciołkone ad Zamosciũ misso, inde sub vesperam iam luminibus accensis, de conditionibus cum Zamoscio tractant, separatimq; ipso Ciovio, unde in suspicionem postea apud Maximilianum, non satis integra fide cum egisse venit auxit eam quod Sucharsovium Canon: Cracovæ Cardinalis Bathor: Familiæ Præfectam cum tempus per Interregni captũ, inhumanissimè tractavat, aliaq; nonulla violentius contra pacem publicam acta ab eo fuerant, quorum omnium impunitas, libertate mox ei instituta permissa videbatur. A Zamoscio tamen ipso postea scripto purgato, testimonioq; eius nihil contra fidem ab illo actum sublevatus apud Maximilianum fuit. At libertatem quidem eam, pretium quidem fuisse non perditionis, sed ipsius Maximiliani servati: cum Maximiliano ab iis qui circa eum erant crudelitate Zamoscij territo, conditionibusq; pro tempore constitutis a Zamoscio scriptæ signataeq; per eosdem ad Maximilianum missæ fuerunt, quibus primum ipsum Maximilianum in eo casu solabatur, utq; fortunam æquo et forti animo ferret cum hortabatur; deinde superbiæ alicui ne tribueret, quod ut potestati Regiæ se permitteret, utq; ad se descenderet, postularet, quodq; fieret pacandi causa Regni fieri

sa Regni fieri. Exceptum a se tractatumq ivi, quemadmodum dignitas eius postularet. Ad Regem Cracoviam tanquam in triumpho deductonon ivi, sed in remotiore aliqua Arce sine ulla contumelia eius congressu vos. Luboulia ante omnia ut restitueretur, Regno ut se abdicaret, qui et si viribus Regni una cum eo in potestatem venissent, de eorum vita saluteq nihil gravius statutum ivi, in libera custodia fore, dum Reipu: securitati, et tranquilitati prospiceretur, quae ex iis constitutura de illis esset. Extremum militem gregarium salvum demissum ivi. No: biliores infra certum tempus ex sponsione militari se sisterent, inq potestate Regia forent. e praeda quae ad ipsius Maximiliani usum per: tinerent nihil motum ivi, reliqua quomodo militi Victori eripi nega: rive possent, facile intelligi posse.

Hisce Conditionibus Maximilianus ipse in equo progressus ad Zamosci: um fuit. Secuti cum fuere e nostris Woronecius Nominatus Epus Kiio: vienę. Stanislaus Gorca, Palat: Posnanę. Andreas Zborovius Mars: chalcus Curiae, Pruscius, Czarncovius caecus, olim Referendarius, Sta: nislaus Brzezinscius Canon: Posnanę. A Germanis Erasmus Lichten: stennius, Curtius Praefectus Militum, Serotinus adolescens Stembergi: us, Aliiq complures Iuvenes primarij. Quorum pars cum Curtio Vielu: niam deducti, dimissiq fuere, pars apud Maximilianum remansit. Si: gna militaria tormentaq ad Zamoscium delata fuere. Non in: cruenta Victoria fuit, praeter Holubconem caesi non pauci, maximeq au: tem Stanislaus Zotkievius gravissime vulneratus fuit, e quo vulnere vix restitutus. Praeda magna capta fuit. Sed cum servari eam omnem Zamoscius curasset, postridieq et aequo eam partiri voluisset, initio a Praefectis nonullis facto direpta a milite fuit. Zamoscius sine ulla mo: ra tam clarae Victoriae Nuntium ad Regem misit. Venerant tum Lega: ti a Magno Ducatu Lithv: inter quos Chlebovicius Palat: Trocenę qui et in Electione praeteritos, et in Livoniae possessione amotos se quaereban: tur, et alia nonulla gravamina referebant, et Iuribus suis idoneè ca: veri volebant. Si cum Comitia nondum finita essent, partim trahe: bant conditiones, partim trahebantur. Cum Cracovia Zamoscius fu: isset, egressus, ex instituto celerrimo equo hominem miserant, qui eum observaret, deq eventu praelij ante alios certiores eos faceret, consili: um ex eo facturos. Itaq et si Petrus, Cieklivius, quem cum Nuntio eo Zamoscius ad Regem miserat summa celeritate pervenisset ab illo tamen ut qui ex praelio mox profectus fuerat, aliquot horis an: teversum. Lithvanis ergo prius e commodo suo transigendi potestas data fuit. Inter diversos animorum motus, aliis Maximiliano ta: citè faventibus, aliis fortunam eam Zamoscio invidentibus, quan: ta tamen laetitia Nuntium id exceptum fuerit, dici vix potest. Aliter enim cum victoria obtineri non potuisset, quam vel morte Maximiliani, vel fuga, vel captivitate, mors autem et fuga perpetuum sine dubio bel

lum allatura fuisset

lum allatura fuisset, e captivitate honestæ Conditiones sperabantur. Neq vero dubium cuiq esse poterat. Zamoscij prudentia, consilio, opera, industria, res tum servatas, qui nisi maturasset, viribus omnibus paulatim consumptis exhaustisq actum sine dubio de Repub. fuisset. Neq ab ipsis sane Austriacis id dissimulabatur, qui quatuor horis somno Zamoscium impendere dicebant, reliquas omnes operi. Zborovianos vix quatuor operi reliquas omnes potationibus et somno: Habebat enim morem hunc Zamoscius, ut pomeridianis horis una atq altera hora valetudini indulgeret, nocte enim secus ac die negotiis invigilaret quæq agenda essent ageret. Vixq non ipsi adversarij id agnoscebant, qui post victoriam stomachabundi hominem execrabantur, qui non ipsorum solum verum Cæsarea mancipia perduxisset. Summa igitur gratia opera illius accepta, cumq nondum finita Comitia essent, Zamechum et Krzeszoviam, Regij antea Juris possessiones ei perpetuo iure collatæ, alijq honores habiti. Insequaces etiam Maximiliani qui maxime post Coronationem, ab illo non discessissent, amissio bonorum aliæq pœnæ graves, quæ tamen mitigatæ, plerisq fuerunt constitutæ. Verum Zamoscius re ad Regem Senatumq delata, Crasnostaviam non procul a Zamoscio Maximilianum secum duxit, ubi honestissime habitus. Marcus Sobiecius Vexillifer tunc Regni, post Palat: Lublinæ Curæ eius Præfectus fuit. Qui e nostris etiam cum illo in potestatem venerat, ibidem in Custodia habiti. Cumq Saturnalia non multo post adventum eius Crasnostaviam incidissent; Zamoscium invitatus ac honorificentissime a Zamoscio una cum nonullis Senatoribus Regni, quos invitarat, maxime autem Andrea Opalinio Regni Marschalco, per triduum tractatus fuit. Inde sub initium Quadragesimæ Crasnostaviam se recepit.

Sub tempus Pentecostes funus Stephani Regis summa quidem pietate Reginæ Viduæ, non minima tamen Zamoscij etiam opera et cura solenni Regni more elatum inq sacello post Altare maius in æde D. Stanislai conditus fuit. Interim Hippolitus Aldobrandissus Legatus a latere qui post Clementis Qui nomine Pontifex Max: fuit, a Summo Pontifice ad pacem inter Austriacos et Regem faciendam missus. Verum res cum a Cæsare tum ipso Maximiliano variis modis duci videbatur. Cum enim ante Conventum nonullis de rebus constitui necesse esset, ut de loco, induciis, sine quibus vix quisquam Conventui commissurus se esset, aliisq nonullis, maxime autem Zamoscius, ut Conditionibus Bychynensibus, ante omnia satisfieret, urgeret vix Mense Octobre ad tractationes aliquas, idq lentissime, non parum de ea Re Zamoscio sollicito, ascensum: Nam et in Sveciam ad Regem Sveciæ, ad Maximilianum certis conditionibus liberandum legatio missa ferebatur. et Maximilianum a nostris maxime, qui vel partium eius fuerant, vel novis rebus studebant, cum spe discessus rei, quem a Patre inito dimissum sciebant tum motus aliquos in Regno retinebant confirmabatq. Verum de spe qua in Svecia haberent ea constantia et prudentia Sveciæ Regem esse

ciæ Regem esse, se scire Cardinali Zamoscius ostendit ut neq; quod Dignitas tum sua tum suorum postulet, non optime respiciat, neq; a dignitate sua ullis vel promissis, vel terriculamentis avocari se passurus esset. Deinde vero ea etiam nos libertate esse, ut qui ad Poloniam pertinent, non nisi in Polonia et cum Polonis statui possint. Inquietorum autem hominum consiliis tantum aberat, ut teneri se ostenderet, ut cum literæ cuiusdam ultro in eam incidissent, quibus ad nova consilia Maximilianus invitabatur ultro eas ad illum mitteret, eaq; prudentia ipsum se esse significaret, ut quantum et hominibus huiusmodi, a quo ipsi aliquid sperarent, iis nunquam spem facere desisterent, credere debeat, iam sciat et qui temporis sui esset respiceret. quod cum huiusmodi esset, quale Deus esse voluisset, sapientia tamen eius esse, casum cum quem fortuna illi invexisset, quiete se continendo ne animos hominum irritando coniungere. Quod Genus hominum id esset, cum iam ante expertus esset, facile intelligere: non ut ipse magnus beatusq; esset, sed ut inani spe illi obiecta, suum negotium et rem gererent spectarent. Quorum et si non potest negare aliquos in hoc Regno et plures, quam vellet, esset, multo tamen maiorem numerum Constantium esse et bonorum, qui pro sua et Regis a se Electi dignitate et libertate quodvis potius subituri essent, quam de ea quidquam imminutum iri passuri. Si quid minime tamen de eo sibi persvaderet, talium potius hominum vanas policitationes, quam solida consilia sequeretur vereri se ut omnimodo hâc ratione in libertatem non rediret, sed in maiores etiam difficultatesq; se successurosq; suos conjiceret. Scire se quemadmodum medicinas, ita consilia etiam ut maxime salutaria, ita asperiora esse, prudentiæ tamen eius esse, non svavissima sed optima consilia sequi; Non solum autem spem, sed ne titulum quidem Regni dimittebat Maximilianus. Itaq; in omnibus fere, partim literis, partim Legationibus Electum Regem se appellabat et a Cæsare Aliisq; appellabatur. Quin et literæ quæ sub nomine Regis fidei publicæ in eos qui ad Conventum venturi essent, missæ fuerant ne Ius Regni cognoscere Regi viderentur, reiectæ a Cæsariis fuerant, earumq; loco ab Ordinibus aliæ postulatæ, indigne id a Zamoscio ferebatur, quodq; ab iis usurparetur molestissimum sibi esse ostendebat, ut non omnia ea præterirentur, quæ de Iure Electionis eius genereq; maximæ partis hominum, a quibus ei titulus is impositus eis fuisset, sæpius dicta et scripta essent, non posse ignorari, ut hac maxime de re ad Bychynam pugnatum fuisset, ita post pugnam non modo re ipsa verum propria etiam cum deditione, tum abdicatione sum, ultro Titulo eo, si quid eius adhuc retinebat, Maximilianum excidisse. Cum igitur tum non modo contra omnia Regni huius Iura

ab initio Maximiliano

ab initio Maximiliano tributus a quibusdam fuisset. Verum nunc etiam postquam ipse et Divino et suo iudicio illo excidisset, quod nunc nihilominus repeteretur, nihil liberis auribus gravius ac acerbius accidere posse: quod etiam indutias a Rege missas altera pars reiciat: nulla alia causa facere id se ostendere facile apparere, quam ut Ius Regium, et libertatem nostram in dubium vocaret. Nullum autem bonum Civem in id assentiri posse, in quo summum Principis et libertatis suae contemptum videat. Peculiariter etiam iis qui partes suas secuti essent, carebant, id quantopere cum publica libertate Regni huius pugnet, neminem esse qui non intelligat. Cum nihil ulli Reipub: gravius esse possit, quam si cum aliarum rerum, tum maxime quod de Civibus suis statuere debeat externus Princeps leges illi praescribat. Ita qui cum communi maioris partis consensu relicto, opera sua pretio addicta externos armatos in Regnum introduxerat, et ante iam id de iis statutum est, et posthac etiam statuetur, quod maxime e Repub. esse videatur. Erant et aliis nonullis de rebus controversiae, ut de loco et die Commissionis numero et Comitatu Commissariorum similibusq. Mortua autem Zamoscia sub id tempus erat filia quam et Superioribus Uxoribus liberis omnibus iam antea amissis et Bathorea unicam reliquam habebat die 28 Septembr. Quem casum forti animo ferebat consolantibusq se de eo, ut Cardinali, Archiduci Maximiliano et Aliis, et si negare non posset, se non mediocriter ictum, tamen cum et in omnibus rebus humanis vicissitudines intervenire soleant, et praecipue illi, post laeta aliqua semper adversi quid accidisse observaverit, ita casum eum fere, ut defunctum se potius fortunae hac invidia gaudeat, quam Deum omnium commodorum et incommodorum authorem accuset, potiusq privata hac calamitate publica, si quae Reipub: imminebat redemisse se speret. Ita se hactenus fortunam exercuisse, ut et liberorum et aliorum suorum funera non semel vidisset, diversisq calamitatibus pressus fuerit, itaq ad huiusmodi plagas se obduruisse. Patria quae omnes omnium bonorum charitatis contineret libera ac florente salva omnia integra et laeta esse. Maxime tamen quod Bicinenses conditiones in dubium vocari videret commovebat. Nam neq Luboulia restituebatur, et ex iis qui ex sponsione militari sistere se debebant, vix unus et alter ad id tempus se statuebant. Voces etiam nonullorum ad Zamoscium deferebantur, neq quae a Maximiliano dum in aliena potestate permitterentur, rata esse posse, neq qui postea liberandi eius causa verum de Conditionibus Bychynensibus ut maxime non impleverentur non solum Luboulian sed etiam et meliores eo adiungi posse ostendebat. Quod autem

debat. Quod autem qua recipserentur, in dubium vocarentur cogita-
re eos debere, vel ipsis Conditionibus Bydgynensibus cautum esse, tam-
diu in potestate ut Maximilianus esset, dum securitati Regni ido-
nee consulerentur cui alia ratione prospectum esse non posset qua
si in potestate tamdiu manserit, quo ad certa aliqua rationes secu-
ritatis publicæ constituerentur? Itaq; videret, ne libertati sua ip-
se obstaret, de qua tum ante omnia actum, in spem ei Cæsar
fecisset. quod quomodo fieri posset, se non videre, priusquam Bij-
dgynensibus conditionibus satisfieret. Tandem tamen de capti-
vis a Maximiliano actum. Ostendit Zamoscius ut sua nationis q
Polonia humanitas erga Germanicum Nomen appareret, quemad-
modum ante in exitu plus de xxvi milibus in conservandis omni-
bus, quibus fortuna in acie pepercerat operam dedisset, ita tamen cum
de libertate Nobilium, qui post prælium veneti dimissive sub spon-
sione erant, ageret move militari ac Iure Gentiu[m] famultates eorum
censendo ijsdari, eaq; licitatione pactionis tractationem mo-
vari nolle. Itaq; in ea pecunia summa, quam altro ipse offerret
se aquiescere. Triginta milium Ungaricorum aureorum in au-
ro de die etiam solutionis Lublini aut Zamosij ultima Februarij
proxime ventura se assentiri, verum cum semper rationem utili-
tatis Patriæ fidei q erga Regem quam rei familiaris haberet ita
sibi cavere: ut ea quidem pecunia ad diem parata esset, sed si pax interim
non conveniret id q Regis et Reipub: rationibus magis expediret, ut
hi in potestate manerent, qui se stipsont qui dimitterentur postq[uam]
denuntiasset intra spatium trium Mensium se sistere teneantur. Quos
vero e præsentibus in Germaniam acceptis literis passus mitteret sub
fide et honore caverent. Interim dum abessent nihil se contra Regem
aut Reginam fidesq ipsorum acturos militaturosve, Maximilianus q
pro ipsis fide iuberet, alterum in eum eventum si pecuniam accepis-
set pro liberis omnino haberi debere neq quidquam pro libertate e-
orum amplius peti. Si vero ante pecuniam solutam prastitutam q
diem de reditu Maximiliani, de quo statuere non suum, sed Regis
ac Ordinum Arbitrij esset et de tota forma pactionis Bydgynen
sis per communes Comissarios constituerentur, ante eam diem etiam
priusquam discederet pecuniam repræsentaret. Quæ conditiones a Ma-
ximiliano acceptæ impletæq fuere. De aliis etiam rebus opera Car-
dinalis Aldobrandini compositum.

Indutiæ tum a Cæsare quam a Rege Aldebrandino tanqm Summi Pon-
tificis Legato, et Regis nomine eius sequestro utrinq[ue] datæ. Illud tamen
a Rege cautum, ut cum variis casibus incertitudini q humanæ subiecta
sint, literas a Cæsare haberet, quibus omnia ipsius mandato voluntateq
agi deceret posset

agi docere posset, petentiq Regi aut Ordinibus eas ederet, idem ex sua par:
te offerenti. De Conditionibus etiam Bychyninsibus ante omnia cau:
tum et in praesentia quidem, animi sui in publicam pacem testandi
causa etiam non restituta Luboulia, ut Comissarij nihilominus con:
venirint assentiri. Ea tamen Conditione id se facere, ut neq quidqm
prius agerent, quam Bychynensibus Conditionibus satisfactum esset,
neq quidqm omnino illis derogatum vellet. Ita tandem in diem
primum Mensis Januarij Bendzino et Bitovia numeroq et genere
Comissariorum convenit. Et si autem Kobielscium ad Cardinalem Cae:
sar ante miserat qui de omnibus iis rebus prius cum illo compone:
ret, cum variae tamen difficultates in eo negotio obicierentur ante te
pus Conventus ipse Pragam excurrit. Zamoscius etiam, qui nisi de Con:
ditionibus Bychynensibus cautum antea sibi fuisset, domo moven:
dum non putabat frequentibus literis Cardinalem de eo appella:
bat, nihil tamen certi responsi extorquere poterat. Literis tamen Car:
dinalis tantum excitato ea maxime spe fretus. Cardinalem Virum
tam gravem Praga cum rebus incertis sine explorata spe pacis re:
cepturum se non fuisse. Cum interim etiam Festa natalitia Domi
cum retinuissent tardius aliquanto et vix die 16 Januarij aliis no:
nullis Comissariis, maximeq ipso Cardinali cum praevenientibus
Bendzinium venit. Omnia tamen in ipsius adventum dilata fu:
erint. Ad Zamoscium quidem Cubicularius Regius cum assecutq
mandatum Regium cum libera rerum omnium facultate, ipsiusq
Comissionis quam obire debeant perscriptum ad eum attulit. Quo per
Secretarios ad Collegas suos qui Bendzini iam ante convenerant mis:
so, simulq ut non solum mora nulla ulterior negatio huic interpo:
neretur. Verum superior etiam mora quam respatieretur compen:
sari posset ut de modo cum Austriacis Comissariis conveniendi agen:
diq quam primum interim statuerent, et si illis ita videretur scri:
ptum quo accessus ad negotium fieret, vel per alios ex Collegio Co:
missariorum mitteretur, ex eorundem sententia statim perscriberet,
proposuit. Verum cum ipsi multis de causis sine ipso ad ullam
rem accessuros se negassent, quaeq agenda essent communi consilio
agenda omnino sibi videri renuntiassent die 26 Mensis Januarij
ipse etiam Bendzinum ingressus fuit. Sequentiq die initium max
Comissionis factum, cum scriptum quod ex communi sententia Comis:
sariorum. Quod non minoris initium postulatorum fieret Stanista:
us Gostomski Palat: Ravensis et Christophorus Ziemowicz Palat:
Bresten: missi ad Cardinalem fuere: quo nihil fere aliud praeter
Bychynenses conditiones exigebatur. Cardinalis vix obiter ab initio
eo perspecto, alterum Austriacorum, quod illi opponere ex sinu depro:
sit. Summa eius haec fere erat, ut Maximilianus tanquam contra
amicitiam et pacta captus, quam primum in libertatem restituere:
tur, Damna Silesiis aliisq subditis illata restaurarentur tum demū

de sincera amicitia

de sincera amicitia iureq Regni actum iri, omninoq tanquam in al:
tissima pace pactis violatis, non bello in quo omnia iura silerent, ru:
ptis et pactis agi volebant. Quibus a Zamoscio potissimum refutatis,
colloquium deinde sive congressum et utriusq partis Comissariis initu:
Omnibus Comissariis Reges communiter id a Zamoscio petentibus
assensum tamen ab eo illis fuit, Cardinalisq congressus cum Rosem:
bergio promissus. Ante omnia tamen Bychynen: Conditionibus cau:
tum, neq vel minimum iis vocandis, sed agnoscendi causa, anstare
illis vellent, congressum eum accipi. Conditiones etiam certe congressq
eius propositæ.
22 igitur Februarij salvis conductibus utrinq prius datis acceptisq
cum tempus colloquij iam instaret, consilio mox finito cum 100 pediti:
bus totidemq Cosacis levis armaturæ, ducentis vero gravioris, complu:
rium, præterea e Nobilitate progressus Zamoscius fuit. Locus colloquio
a Starszynus cuiusdam Villæ in agro quidem Silesio, sed pari fere inter
Bitoviam et Bendzynum intervallo designatus fuerat. Prior Zamosci:
us venit, cumq horam in Campo expectasset, tandem hortatu Abbatis
Tholossani, qui a Rosembergio venerat, iamq adventare illum affir:
mabat viginti circiter Militibus, totidem togatis Comitatus quemadmo:
dum convenerat descendit. Cum vix pedem in Villa posuisset Rosem:
bergius curru advectus repente advenit. Progressus illi Zamoscius ob:
viam fuit, indeq uterq in maius Prætorij hipocaustum secesserunt.
Qui et utriusq parte delecti e Comitatu fuerunt atrium observabant:
reliquus Comitatus Zamoscij ex ea parte Villæ, quæ Poloniam spectat.
Rosembergius Silesiam versus collocatus fuit. Perfectis salutationibq
et gratulationibus initium colloquij a Rosembergio profectum fuit.
Mirum quantum in tractationem animorum positum quorum tractan:
dorum Artifex quidam Zamoscius erat. Ingressus enim deinde in
sermonem eum cum Rosembergio fuit, quo non solum ad æquitatis,
verum etiam publicæ nominis Sclavici dignitatis ac libertatis curã
eum hortaretur, gentem Sclavicam quæ amplissima olim fuerit, atq
nunc etiam quam latissime propagata sit, eo tamen facto adhuc usum
esset. Quod ad Servios enim Bosnenses et eos qui proprie Sclavini ab
Accolis nominantur, cum omnes fere Illiricos et Vendas pertinerent sub
alienam potestatem redactos et libertatem et dignitatem fere omnem
amisisse. Moschorum quorum Imperium latissime pateret barbaros o:
mnino esse. Atq ita plerosq gentis Sclavicæ populos alios servitute
alios barbarie oppressos esse, reliquos colos fere Bohemos ac Polonos es:
se, qui honorem gentis Sclavicæ cum dignitate tueantur. Bohemiæ Re:
gnum, quod a tot sæculis inter pacatas Nationes floruerit. In quo cum
ipse authoritate atq dignitate facile Princeps esset, recte se hac ætate
hominem primarium et Principem Universæ Nationis Sclavicæ ap:
pellare posse. Quo loco cum a Deo constitutus esset, debere illi pro:
eo loco inprimis quidem æquitatis, non minus vero dignitatis eti:
am ac libertatis gentis suæ eam quam Principem Virum deceret curã
habere. Neq ad eam opprimendam alienæ cupiditates Ministrum seu Ad:
iutorem se præbere.

iutorem se prebere, omnium fere hominum animos et oculos, in huius ne-
gotij, in quo magna partis Christianitatis pax ac tranquilitas depen-
deret intentos esse. Multo magis autem posteritatem quomodo, in ne-
gotio hoc se quisq gessisset, ac versatus esset, et diligentius inquantum
et liberius iudicaturum apud quam eam certe opinionem illi vitandâ
esse, ne Sclavicæ Gentis, ea presertim dignitate, libertatem dignitatê
gentis Sclavicæ oppugnare viderentur? Cum presertim sine maxime
incommodo ac periculo, non Polonicæ solum gentis, verum Bohemicæ
etiam nullo modo fieri posset. Ut enim ipsa bello incommoda et perí-
cula tacerent tributa atq dationes in sumptum belli inuasiones atq va-
stationes, incendia Villarum, Oppidorum diveptiones, hæcq omnia per
alia dominatione ac potentia, ut quam felicissime res Eorum parte
cedere viderentur, bellog Poloni superaverunt, quem alium tamen fructú
Bohemos eius rei consecturos, quam ut agnatos populos in alienum
servitutem cum infamia sua tradidisse viderentur, et ipsi Germanorú
dominatui et iniuriis non sine periculo suo opportuniores porthæ essent.
Eademq omnino fortuna, quæ alios populos Sclavicos de quibus supra
mentio facta est depisset, ipso quoq maneret. Atq hortari illum non
dubitare ut maiorem pietatis, quam Genti et Patriæ sue deberet, quam
alienæ potentiæ seu ambitionis rationem haberet.
Ita Rosembergius ostendit, ut moveri cum hisce rebus quidem satis appare-
ret, si tamen salute Patriæ et fide quam ei deberet suam operam Principi
suo navare posset non reprehendendum se diceret. De aliis inde Condition-
bus inter eos actum, de quibus etiam antea Cardinalis egerat. Ita di-
scessum. ut Zamoscius formulam transactionis iam antea nostris con-
ceptam legendam Rosembergio daret: utriq ita conveniret, ut postridie
e et descriptum transactionis ad Rosembergium Austriacosq mitteretur:
illi q sententiam suam rescriberent. Colloquio ita in noctem ducto, utriq
ita discessum cumq scriptis quorum mentio facta Joannes Dietrovius
Scholasticus Posnan. ad Rosembergium ad Rosembergium, Matheus
Istrowonscius Decanus Varsav. ad Cardinalem missi. Rosembergius
Dietrovio humanissime prius tractato de consilio deinde per suum se re-
sponsum ostendit. Inter Zamoscium interim et Rosembergium integris
tum cuiusq partis iuribus sibi reservatis, neve fraudi alterutri parti
ea res esset tractatum, qui cum Collegis suis re utriq communicata
bis aut ter exemplo transactionis a Zamoscio primum prefecto in-
ter se communicarunt transmiserunq, limamq iis quæ neq al-
traq parte probarentur non sine suspitione Cardinalis, quod ipse
quasi sequestro posterito partes ipse inter se tractarent. Verum tan-
dem authoritate Cardinalis adhibita, maxime iis de rebus quæ extra
formulam tractationis in recessum quasi conjecta fuerant. Re ad Regé
aliquoties relata, responsisq ab eo acceptis convenit. Inter exempla
autem transactionum earum, quæ utriq mittebantur, cum in exem-
plo a Rosembergio misso Regni Hungariæ et Bohemiæ titulos inter
hæreditarios Austriacorum positos animadvertisset, per Joannem Dietrovium,

qui ex nostra parte

qui ex nostra parte ad Rosembergium a Zamoscio mittebatur admonitus per errorem id praepsisse Rosembergius ostendebat. Magnas autem gratias et suo et suorum Civium Nomine pro admonitione ea Zamoscio agebat. Per tempus autem id tractationis ex aliquot Conventibus qui sub tempus id ante Comitia habebantur, Legati a Nobilitate missi, Commissariis in Universum, separatim autem Zamoscio, cum verbis tum peculiaribus etiam ad eum literis pro Repub: gratias agebant, ulteriusq eam illi commendabant. Nominatim autem damnorum a milite Maximiliani acceptorum, ut rationem haberent petebant. Secreto deinde ipsius arbitrio admittebant. Iam ante autem ex quo maxime fiducia Civium prospici erga eum poterat, in aliquot Conventibus ut Electione Varsav. vel cum ex Electione discederetur, Vislicense. Cracoviense deinde expeditione, contra Maximilianum, et nunc in transactione Bendzinense ipsius fere solius arbitrio permissa Respub: fuerat. Verum ut ad transactionem redeam, nihil novi in ea statutum et conditiones fere tantum Byczynenses in ea confirmatae. Regno nimirum tituloq ut Maximilianus se abdicaret, Luboulia restitueretur. De restauratione damnorum, diu actum aliis Commissariis mora taediisq plane iam affectis eam ad extremum differentibus, ab ipsisq damna passis arbitrio suo permissa Ordinibus. Zamoscium enim tam arbitrio quam fidei suum credita disserens, ad extremum in urgenda ea perstitit. Sed cum frustra tentarentur, Cardinalis etiam in eam rem maxime incumbente, utrinq tandem compensata fuere, non minor contentio de perduellibus seu sequacibus Maximiliani fuit qua in re Zamoscius maxime alienissimum se ab omni odio esse ostendebat. Quibus enim in ipso ardore belli perfecisset, multo magis in pace servatos cuperet, itaq libenter quidem apud Regem se pro iis intercessurum, ob rationes tamen tranquilitatemq Publicam cui sine dubio prospiciendum esset, certi nihil pro iis praestare aut recipere se posse.

Finita ea transactione Bitomiae et Bendzini nona die Mensis Martij Anno 1589. Comitiis iam coeptis ad quem recta Bendzino itum, venientes magna gratulatione excepti, gratiaeq omnium Ordinum nomine Publico iis actae, maxime Zamoscio, legationibus deinde, quae ex transactione utrinq mitti debebant, plerisq dimissis acceptisq 24 Maij, a Rege, Senatu, Ordinibus, Andrea Tecżyn: Epo Vratislav. Legato Caesareo, id exigente accipienteq publice Iuramentum praestitum fuit. Venerat quidem iam is Lublinum 19 Maij ad dies tantum festos Pentecostes, quae intercesserant, legato ipso id petente, in eum qui supra ostensum est diem, dilatum fuerat. Georgio deinde Radzivilo, Cardinali, Nicolaoq Tileio Palat: Cracov. ex eodem Conventu ad Caesarem, ad Iuramentum Caesareum, Ordinumq Caesarianorum accipiendum, Maximilianoq Crasnostaviae visitato, nec non aliis quae ex transactione requirebantur administratis

primo in Lithvaniam

primo in Lithvaniam, inde in Livoniam ad congressum cum ipse Rex progressus fuit. Ex parte Cæsaris mora nonulla iniecta, iuramento præstando, Ungari non adfuere, quod non nisi in Comitiis delegari id non posset, Comitia autem sine Cæsare habere nollent. Iuramentum tamen nihilominus a Cæsare aliorum Ditionum Ordinibus præstitum, Hungaricum cautione Cæsarea explicatum: qua arbitrio Regio permissum retinere ne tamdiu Maximilianum vellet, dum Hungari etiam Iuramentum præstarent, eam causam Cæsaris, stare in Comitiis, ut Hungari quoq iurarent. Cætera fere pleraq præstita, maxime Luboulia restituta. Cum igitur iis de rebus ad Regem in itinere iam Livoniam versus proficiscentem relatum esset, occasionem eam Domus Austriacæ devinciendæ, quam Iuramentum Ungarorum expectandum ratus, Maximilianum etiam ante id demittendum permittit. Zamoscius ipse ante responsum etiam Regium acceptum in id propensus: Zamoscy prius quam lautissime habitum, in iter deinde Maximilianum dimisit; primo Sendomiriam, inde Visliciam. Responso interim Regio accepto, voluntateq eius cognita, cautionem tamen prius a Maximiliano exigendam putabat, qua et de Iuramento Ungarorum præstitum id fieri, cæteraq quæ ex transactione tam ab ipso quam aliis præstanda adhuc essent, caveret. Cautione ea summa voluntate ab eo præstita seu ultro potius oblata Stanislao Gomolinio Epo Chelmensi, Nicolao Firleio Palat: Cracovæ. Andrea Zebrzydovio Palat: Lublinæ. Præfecto Cracovæ ornatissimo cum Comitatu primo ad fines ditiones Cæsareas 8. Septembr: Bitomiam deductus fuit. Ibiq ab Epo Vratislavæ cum 100 circiter Equitibus exceptus, primum differre Iuramentum cum a nostris postularetur, omnino negare deinde cæpit, seu potius non tam negare quam cum suis deliberaret differre. Non dubium erat a nostris sequacibus spe emansionis Regem maxime inductum.

Verum ut ad rem revertamur sub ipsum discessum Regium, Cosaci Kozlovo, paulo etiam ante aliis aliquot Arcibus Turcicis ac Tartaricis incensis, magnam in ditiones etiam Regni irrupendi easq vastandi causa præbuerant. Cum igitur Rex iam in itinere esset, Tartari incursionem in Regnum faciunt, et quatuor tantum a Leopoli miliaribus excurrunt sub Tarnopoli sedem excursionis faciunt ac statuunt. In provisa tamen aliquot cum illis prælia commissa, ad Buscum, Duncovium, Haliciam, maximum prælium ad Bavoviam, cui Sororem Zamoscij Wlodkovam inclusam acceperant itaq omni conatu cum oppugnabant. Neq tormenta, neq stagnum, quod transeundum illis erat, et in quo mergebantur, metuebant. Suppetiæ illi venerunt, Iacobus Strus, Potocius Podlodovius cum turmis suis eq vicina Nobilitate non pauci. Prælio acri comisso Tartari cesserunt, Strusius tamen Prælij aviditate, vix non cum omni turma cæsus, ne alij integri evasere. Nuntius eius rei Vilnæ

ius rei Vilnæ adhuc Regem offendit, sed quod ad Patrem properabat literis tantum ad Zamoscium, edictisq ad Nobilitatem definitus fuit. Heder Bassa Bedlerbegus eis Danubius, in Poloniam iam paratus erumpere. Tartari anteverterant. Ingratum id Turcis: Itaq denuo cũ illis redire iussi. Interim Zamoscius Leopoli cum Senatoribus Russicis consilium capit, Urbem munit, ad Alios Senatores Ordinesq per Poloniam auxilia petitum dimittit. Et iam cum Urbe munitionibus coniungere cogitabat. Nicolaus Harlovicius Camenicie Capitaneo ægrotante præficitur. Archiepiscopus Gnesnæ Maioris Poloniæ Senatorum Conventum Lenczynium convocat. Conventus sub id tempus Deputatorum erat, a quibus plerisq auxilia vel mittuntur vel decernuntur. Interim Rex cum Patre Revelij congressus, desperato quasi iam reditu ipsius, Georgioq Radzivilo Palat: Vilnæ. Martino Lefnovolscio Castell: Podlasienæ aliisq nonullis domum se recipientibus, Alberti Baranovij potissimum Episcopi tum Premisliensis Regniq Vicecancellarij, qui una cum Petro Firleio Maiore Secretario aliisq nonullis remanserant, opera et studio in Poloniam rediit. Reversus mox in diem 8. Mensis Martij Comitia indicit. Simul autem non solum ad summum Pontificem, Cæsarem, aliosq Principes Austriacos literæ ea de re a Rege datæ. Verum ipse etiam Maximilianus a spe Regni successionisq si quæ futura esset, publica Constitutione exclusus fuit. Qua de re Daniel Princius ad Regem Ordinesq in Comitia ea missus, partim excusabat factũ partim non tam negare Iuramentum quam deliberare de eo, quemadmodum etiam ipse Maximilianus præseferebat, præstiturum ad spem faciebat. In ijsdem Comitiis Zamoscius memor eius Virum magnũ leges scribere, propriumq hoc munus eius esse. Modum etiam Electionis magno studio tentavit. Verum ijs qui privatas potius aliquas rationes suas, quam publicam salutem spectabant, per spem dissensionis de Religione discursus ab eis fuit. Ordinatio etiam Zamoscij authoritate Ordinum, in publicas leges relata: annis quidem paulo ante mortem eius, Commissarios pænituisse iam memini quod non potius publico Iuri Domum resq suas permisisset, quam privata lege ac reliquorum Civium iure quasi se vinxisset.

Missus pro Maiore Legato in Turciam, ad turbatas a Cosacis res pacandas, Paulus Uchanscius Palat: Belzensis fuerat. Hic cum Beglerbego in Lakia congressus, satis humane Constantinopolim dimissus ab eo fuerat. Paulo ante autem legationem eam Sniatino et Beglerbego exusto, Czauszum Beglerbegus ad Zamoscium miserat. Hic maiore opinione Exercitum apparatumq repererat. Sed interim Uchanscio Constantinopoli mortuo: Nicolaus Czyzovius, qui cum eo fuerat, et Nuntium mortis eius et literas simul a Turcarum Imperatore summis itineribus usus, ad Comitia adtulit, quibus ut vel Religionem Macho

metanã Regnum

metanam Regnum susciperet postulabat, vel bellum ei denunciabat. Summo igitur metu curaq; oppressis, Zamoscio maxime ut curam salutis tam publicæ quam suæ quisq; haberet, omnes hortante obtestanteq; tributum Capitale, quod nimirum e Singulis Capitibus penderetur constitutum id in bellum fuit: Nullum discrimen habitum, nulli usq; ratio tam in eos quam in Magistratu essent, quam privatos tam in Ecclesiasticos quam in Seculares, pro cuiusq; fortuna æstimatio edita.

Sub idem tempus Grisellis Bathorea Stephani defuncti Regis Fratris Filia Uxor Zamoscij 24 Martij simulq; Filia, quæ reliqua erat mortua fuere. Quarum causa cum Zamoscius e Comitiis Varsavia excurrisset, iis mortuis ad Comitia mox rediit: Casumq; non tam forti animo tulit, ut magis Reipub: salute curaq; quam ulla alia re semovere ostenderet, faciliq; omnibus appareret. Non potuerunt rumores isti omnibus non gravissimi esse, maxime autem Zamoscius invidia apud eos ardebat, nonulli etiam vel vere, vel quo maiorem invidiam Zamoscio facerent, nec Sniatinum elustum, nec bellum denuntiatum credebant vel non credere se simulabant. Rex qui ita Revelia discesserat, vel a Patre dimissus fuerat, ut redire ei integrum sibi esset cavisset sibi, sive periculorum turbarumq; pertesus, sive amore Patris Paternique Regni cura ductus, discessum e Regno meditari. Remq; cum Archiepiscopo Varmiensi, aliisq; nonullis Senatoribus credidisse putabat. Archiepiscopus qui de mansione Regis in Regno desperabat, rebusq; Ecclesiasticis nullum utiliorem Austriacis esse indicaret. Præpositum Lascensem de Sera Gallum Stamucium iis de rebus misisse. Quamquidem Legationem, rebus postea mutatis, Regeq; in Regno permanente, per Martinum Lesnovolscium Castell: Posnaniens: deprecabundq; ultro ad Zamoscium miserat. Tum vero quo magis homines ab illo alienaret, invidiamq; illi eo maiorem conflaret offensionibus istis hominum in capitulatione utens novo plane dempto Rege in Regno existente, ipse Conventum Maioris Poloniæ totum indixerat. In quo minorem fratrem de maiore querentem moveret, multaq; in potentiam Zamoscij concionatus, tumultus sua sponte e capitatione natos magis etiam auxerat. Verum interim Joanne Zamoscio Gnesnensi Secretario tum Regio, Archiepiscopo postea Leopoliens: Constantinopolim de pace misso, Legati Reginæ Angliæ potissimum opera constituta pax fuit. Non parvum ad eam rem momenti Bassarum mutatio attulit. Si non enim Bassa infensissimus Christianis remotus loco fuerat, in cuiusq; locum fuerat Bassa minus inimicus Christianis suffectus fuerat. Pax illa constituta fuerat ut ratione damnorum a Cosacis datorum certus numerus Rebellinarum

pellicum una vice.

pellicum una vice tantum Turcæ præstaretur. Comitia inde in 3tia Decembris eodem Anno 1590 iterum indicta. Initio Conventus Kolensis exagitatus, periculi Turcici quæstio postulata ab ipsis iis, deinde qui in dubium id vocaret, recusata munera per Zamoscium Turcæ promissa, confirmata. In iisdem Comitiis Sigillum neq ad Joannem Tarnovium, tum Referendarium delatum, magna sine contentione cum aliorum tum ipsius etiam Zamoscij cum ipso Rege, promissum quoddam ante a Rege abstulerat, in Petrum Tilicium Maiorem tum Secretarium. Contra Archiepiscopus qui successioni Austriacæ gradum iam sternere, perq idonea instrumenta aditum parare putabatur, quiq eius sectæ erant, ut Universus fere Clerus gravissime pro Tarnovio tutebatur. Cum igitur in Senatu pro more ad sellam Regiam Senatoribus convocatis, liberius aliquanto promissum id Zamoscius urgeret gravius aliquanto in eum invectus Rex fuerat. Ex quo contentione orta per aliquot Senatu dies Zamoscius abstinuit, non ad suam solius sed ad Universi Senatus dignitatem pertinere eam rem existimans, consilio tamen postea plerorumq Senatorum Regem deprecatus fuit. Senatum solito more frequentavit. Diligentissime igit pro Tarnovio Ecclesiasticis verò maxime admitentibus, et si in Magistratu alij Baranovium retinerent Episcopatu tamen Plocense ei obiecto cessit. Tarnovioq Sigillum collatum fuit. Christophorus etiam Zborovius restitutus, ita tamen ne intra 10 annos in Poloniam veniret. Epus Vratislavienq eadem fere mandata, quæ antea superioribus Comitiis Prinjcius habuerat, a Cæsare attulerat. Czausius etiam a Bassa et Beglerbego quærentibus, publico ire consensu pelles Zebellinæ a Zamoscio promissæ essent. Missus cum iis Christophorus Dzierzek, id ante omnia caveret ut damnorum loco a Cosacis datorum munera acciperentur ne in exemplum postea traherentur.

E Comitiis iis Cracoviam mox se Rex contulit, Georgiumq Radivilum Cardinalem Pragam Matrimonij cum Anna Caroli Archiducis Filia petendi tractandiq causa ad Cæsarem mittit. Interim Petrus Myszkovius Epus Cracovienq mortuus. Spes Zamoscio Myszkovio adhuc vivente in Andream Bathoreum Cardinalem Episcopatus eius facta a Rege fuerat. Summa igitur cura et studio Zamoscius in Bathoreum illam ambire, ita ut Zamoscius ipse Cracoviam eius rei causa ad Regem se conferret. Sed frustra sive enim suspecta potentia Bathorei, maxime qui Zamoscio sustentaretur esset, seu gratiæ Radivilij matrimonium præsertim Regis tunc procurantis id tribueretur. Episcopatus illi collatus fuit. Regis consilio de matrimonio discessuq etiam vulgato, Comitia vulgo fere homines petebant fremebantq exemplo Conventus Kolensis temere non uno in loco, ut Chelmæ, Radomiæ, alibiq Conventus a nonnullis, præsertim diversæ Religionis hominibus habebantur. E quibus inter alia postulata Comitia etiam a Rege petebantur quæ cum negari existimarentur per occasionem iudiciorum Lublinensium sub Lublino etiam 9na Aprilis Conventus habitus. Frequentissimus is fuit, non solum eorum qui

de discessu matrimonioq

de discessu matrimonioq Regio sinistre suspicarentur, verum eorum etiam qui ex parte Regis iis se opponerent. Princeps Conventus eius, eorum praesertim qui Rempub: tueri volebant, Zamoscius fere erat: Maxime autem consilia cum Austriacis, discessusq et Matrimonij Regij eos angebant. Ac Matrimonij eius Zamoscius ipse author antea Regi fuerat, ut de affinitate potius cum Novo Rege quam Regno ipso cogitarent. Et Britomiae iam ex transactione Bendzinensi per Reinoldum Heidenstennium cum Strenio eadem egerat per eundemq Icones a Strenio transmissas primus Regi obtulerat, Matrimoniumq ei ita svaserat. Erat autem Vraderus quidam Livo Hieronimi Bruellae, Itali medici Cliens, a quo in Familiam Regiam traditus inter Aulicos familiarissime Regios maxime Svecos versabatur, consiliaq omnia non solum cognita habere putabatur, verum in quibusdam etiam ipsius opera versari. Is igitur cum ad alios, tum maxime Patronum suum Buvellam, hic per spem dentium curandorum ad Zamoscium in Comitiis praesertim omnia deferebat. Praeterea qui Maximiliano favebant, qui forte fratrem sibi praeferri moleste ferebant, ipsi consilia cum Ernesto agitari iudicabant. Inprimisq literae Caesaris per Dukerium quendam itidem Livonem missae, item aliae quibus Consilia cum Austriacis detegerentur, per Casimirscium prolatae: Matrimonium autem quod inter huiusmodi suspitiones contraheretur, non ipsum etiam suspectum esse poterat. Quamvis bis convocatus Senatus eius causa fuerat, Cracoviam primum postea ob pestem Nepolomicias exiguo autem numero convenerat. E Conventu diversae legationes iis de rebus ad Regem missae, diversae etiam Orationes ab utrinq habitae, aliorum gravamina recensentium, Comitiaq ante Nuptias petentium, non agnoscentium, Comitia post nuptias demum requirentium. Interim ut authoritate sua Conventicula Rex prohiberet, responsum ad utramq legationem Ioannis Tarnovij Vice Cancellarij fuit. Negantis consilia cum Austriacis de Regno Regem habuisse, suspicionibusq iis causam dedisse, Comitia ante Nuptias habere non posse post Nuptias mox habiturum, omniumq rerum rationem daturum iri. Interim Conventus prohibentur. Ostrovij Oratio ad Senatum, Zbignievij Ossolinij contraria, ex altera parte assecuratio mox tradita sub manu Regis, de non relinquendo Regno. Utrisq responsum a Senatu per Epum Plocens. Non contentis igitur responsis, male contenti edictu de Conventu Andrzeioviensi, qui Lublini iam in diem primam Junij in eum eventum constitutus erat, Cracoviam mox dimittunt. Comitia igitur in 6. Septembr. Varsaviam indicta, edictaq mox dimissa. Primarij aliquot Senatores in eo erant Nicolaus Firleij Palat: Cracoviens. Nicolaus Zebrzydowski Palat: Lublins. Stanislaus Tarnovius, Castell: Sendomirs. Martinus Lesnovoscius Podlass. Stanislaus Zolkievius Leopol. et ipse Zamoscius. Ex Equestri Ordine complures. Legatis ad Regem ex eo missis quam primum literis ad eos datis de Conventu eo cum praesertim iam Comitia indicta essent eos dehortabatur. Prioribus fere cum postulatis Zamoscius Andrzeiovia proficiscens Stobniciam ad Tarnovium Castell: Sendomirs divertit. Filiamq eius minorem natu Barbaram

sibi despondit maximo

sibi despondit, maximo cum Universi populi applausu, quod cum Bathoreâ Stephani Regis Neptem in Matrimonio ante habuisset, externas Nuptias domesticis cum prælaturum pleriq suspicarentur. Comitia interim appellebant quæ inquisitionis vulgo appellata. Ante autem ipsa Comitia Martinus Lesnovolscius Castell: Podlasq. missus a Rege ad Zamoscium fuerat, qui de discessu illius cum illo ageret, peteret. Id cum sine Consilio aliorum Senatorum fieri non posse, vel debere Zamoscius iudicaret, in confidentes aliquot consensum a Rege petiit, quibus id credere communicareq de illo cum Aliis Senatoribus per eos posset. Ascensus Rex fuit in Paulum Orchovium Succamerarium Chelmenq et Reynoldum Heydenstennium Secretarium Regium, sed Consilio postmodum mutato discessus intermissus. Ita igitur instructus ad Comitia Zamoscius venit ut cum ex itinere mox salutandi Regis causa in Arcem divertisset. Senator quidam ex prospicientibus ad alterum diceret. Si Zamoscius vellet, vel eras alterum Regem haberemus, et fortassis non difficulter assequi potuisset. Nisi in omnibus Consiliis suis id maxime propositum habuisset, ut præsentem Statum tueretur. Ac varie quidem in Comitiis iis res tractatæ agitatæq aliis urgentibus inquisitionem, in quam rem præter Nuntios Palatinatus Cracovienq qui ex Decreto conditoq Andrzeiovienq sub initio Comitiorum Wolam ad Varsaviam convenerant, et cuiusq præscripto Nuntij etiam Cracovienq agere omnia necesse habebant, tum alij pleriq incumbebant. Alij præsertim ex Senatu non pauci durius inquisitione ea urgendum Regem non putabant. Ne ipsi autem quidem domestici Regij, ut publice in se requireretur quæq de discessu Regio cognita haberent publice proferrent. Recusare enim existimabantur, quod a Rege Sveciæ filio amantissimo cum alias tum Reveliæ ut quam primum in Svecia Regem sisterent, iuramento obstricti dicebantur. Cum inquit per annum iam et alterum diem cæpta essent. Per quos Nicolaus Casimirscius aliq nonulli Maximiliani præsertim Sequaces qui de Consiliis cum Ernesto ex ipso Maximiliano cognita habebant ostendissent, iamq domestici etiam Regij postularentur. Nicolai Firleij Palat: Cracovienq maxime consilio res intermissa. Iam ante autem binis declarationibus scriptisq animos Ordinum pacare Rex conatus fuerat, quibus neq de discessu e Regno ante mortem Patris amplius se cogitaturum promittebat neq iis qui Superioribus Conventibus eam rem ursissent, iisve interfuissent vitio ulli versurum. In quorum alterum cum superiorum temporum consilia de eo statu præsertim Andreæ Opalinij Marschalci, cuius tum summa authoritas erat, consilioq Rex maxime nitebatur agnoscere quasi videretur. A Zamoscio aliisq qui partium eius erant, avidius etiam nonnihil scriptum id arreptum, revocariq id Regem cupivisse videbatur. Quod enim in legatione ad Minores Conventus ante Comitia a Tarnovia edita Superiorum Conventuum Authores tanqm turbatæ Reipub: rei quasi accusati fuissent insultabundi quasi ipsius Regis confes-

si ipsius Regis confessione innocentiam suam testabantur. Scriptiq eius exemplum a Secretario Maiore Petro Tilicio a quo legabatur in cuiusq potestate esset, publice postulabant. Ac pro comperto quidem aliquid ut de ore multis involueris tecta affirmare difficile fortasse fuerit. Unum fortassis silentio dissimulandum non est cum ad Malaspinam

tum Apostolicum officij causa pro more aliquando Zamosci: um deduxissent: Malaspina et me ad parietem seductis, ut certius in: quit, quae agantur sciatis, ex ipso Nuntio de iis cognosce: Ubi Malas: pina Diploma decessione Regni in Ernestum a Vice Cancellario Tar: novio sub sigillo editum suis oculis se vidisse sancte affirmabat. Infectis igitur rebus, vel nullis plane constitutis ex Comitiis iis discessu. Sed illis alia mox successerunt, quae mors Patris attulit. Qua de re ad 4 Maij Anno 1593 Comitia indicta fuissent. Zamoscius pro munere suo de morte Regis Sveciae discessuq in Sveciam Regio, quem expactis Rex petebat ad Senatum Ordinesq retulit. Omnes in Sententiis suis ut rebus Svedicis per Legatos potius compositis administratisq Rex ma: neret, unanimes petiere: Omnium autem diligentissime Zamoscius, sed cum literae e Svecia proferretur, ex quibus sine praesentia Regia administrari eam non posse constabat. Rexq expactis discessum peteret, utilem inprimis Zamoscius operam ea in re ei navabat. Discessus ad certu tempus ei permissus. Regnum etiam fidemq integram ad id tempus ser: vatum ei iri, cautum trecentorum millium tributum in iter id illi de: cretum. Duorum ex Regno, tertij ex Magno Ducatu Lithva: Reginae Refor: matio certis in arcibus constituta. Cumq diversae Religionis homines maxime res moraventur. Zamoscius potissimum Consilio paci publicae generali clausula cauta quam ipsorum etiam caveretur, Legati Caesaris, ad Archiepiscopum Mense Februarij de transitu Tartarorum in Hungaria prohibendo: Mittenda legatione primariorum aliquot hominum de foede: re contra Turcas, si in quem diem mitti deberet significatum fuisset, Li: terae ad Regem missae: Convocatio ex Consilio Senatorum in 19 Aprilis indicta Varsaviae: Responsum Legatis Caesareis sine Rege nihil Ordi: nes statuere posse, de Tartaris transitum illis prohibitum iri promissum. Mi: serat autem de re eadem Caesar ad Zamoscium etiam peculiariter Lega: tum, qui ad publicam dignitatem securitatemq pertinere id iudicans, ne perrictum Barbaris Regnum esset, promptissime arcendorum eorum mu: nus in se receperat. Et in Comitiis quidem nulla certa praesidia in eum eventum decreta fuerant Zamosciusq non solum in Consiliis pu: blicis sed ad acta etiam de negligentia publica, ne re si quid accideret fraudi ea subi essent protestatus fuerat. Et cum a Striensi Capita: neatu Scepusium usq tam longo ambitu fines in Hungariam porri: gerentur quo potissimum irruptum, quiq observandi essent, constare non poterat. Et si igitur Zamoscius plerosq Senatores, Praefectosq fi: nitimos ut in suas quisq partes intenti essent moverat. In ea tamen distractione omnium, Tartari Mense Julio Valachia in Pokuciam progressi sine negotio, non malefitio autem transeunt. Maximo cum dolore Universae Christianitatis non minore autem ipsius Zamoscij qui quivis a iu:

stis praesidiis impa:

stis præsidiis imparatus exiguo tamen cum numero eorum quorum copiam circa se habebat, domo se provipiens, Literisq ad Nobilitatem in omnes partes datis non solum in fines Transilvaniæ eos insecutus fuit. Verum Rege ex Svecia iam reverso, authoritateq ipsius Exercitu non parve iā a Zamoscio coacto, per integram etiam fere hyemem sequentem in montibus eos observabat. Frustra tamen cum Tartari vias sibi obsessas intelligentes, ambitu capto, per Turcicas ditiones in sedes suas rediissent.

Venerat autem Rex Gedanum 20 Augusti inde Cracoviam 2. Octobris. Ad quem primo Joanne Felice Herburto Gedano profiiscentem Cracoviam, deinde Reinoldo Heydenstennio misso cum aliis de rebus Zamoscius communicabat, tum Cracoviæ præsertim invidiam Tartarici transitus a se transferebat. Comitiis deinde Anno 1595 in dies Saturnaliorum indictis, maxime de fœdere contra Turcas Legatis a Cæsare Stanislao Pawlonio Epo Olomucense, Venceslao Berka Marschalco Regni Bohemiæ, summo etiam Pontifice Imperioq aliis missis magno de eo studio actum in Comitiis iis fuit. Erant et Transilvaniæ Legati, Item Valachici, Moldavici, qui a Turca defecerant. Zamoscius etsi fœdus id vel maxime cupiebat, multis tamen de causis difficultatibusq quemadmodum accidit, irritum futurum conatum eum indicabat. Colloquia tamen nihilominus diversa de eo habita. Exitus autem illorum in Comitiis iis is fuit. Ut certi Senatores designarentur qui tacitis mandatis in eam rem acceptis Posnaniæ convenirent de iisq rebus tractarent. Comitiaq postea peculiaria de iis indicerentur. Quæ omnia infecta. Quod Regem Hispaniarum induci ad ea non posse Cæsar significasset, qui Gallicis rebus tum occupatus erat. De iniuriis Tartari cum Rege Zamoscius communicarat, nisiq eas ulciscereturr nunqm ab irruptionibus ipsius liberum Regnum futurū ostendebat. Nuntij etiam Nobilitatis ut qui Miles in finibus haberetur ne gravis Regno esset, in Valachiam transferretur petierant. Iisdem Comitiis Cracoviensibus utriusq Valachiæ Palatinorū Legati contra vim Turcicam, a qua ad Christianos defecerant, quam nullo modo sustinere possent Auxilium petierant.

A Rege ad Zamoscium tanqm Militiæ Regni Præfectum quiq in finibus futurus esset reiecti fuerant: Comitiis igitur ad eum qui ostensus est modum solutis, cum de Societate nihil perfici potuisset. Ad consilium iam ab initio reditus Regis ex Svecia, a Zamoscio propositum belli in Scythiam inferendi reditum est, qua de re cum in consilio delegatorum diligenter actum esset incumbente inprimis eam in rem maxime Rege ipso, ut ex contributione quæ decreta esset, quantus maximus miles confici posset scriberetur aliusq apparatus ad expeditionem eam appararetur, primo quoq tempore expeditio susciperetur decretum. Verum nullis rebus, expeditione expedita. Rex tamen neq spem, neq studium adhuc remittebat. Ex quarciana pæcunia omni

na pecunia omni ut quantum esse posset, Exercitum scriberet Zamoscio mandabat: ipse partim ex comitatu suo Aulico, partim ex voluntaria Nobilitate, ex qua non pauci cum gratiam Regis secuti, tum operam Patriae navandi studio ducti nomina dederant. Mille selectos Equites habere instituerat. Postea cum Stipendiarium Exercitum Zamoscius promovisset, neq tutum satis sine praesidio Regem relinqui videretur, Ex tributo Cracoviens mille circiter Equites Nicolao Zebrzydovio Palat: Lublinens. eodemq Capitae Cracov: eis Praefecto adiecit, quos medio inter Exercitum et Cracoviam loco collocavit, ut in omnes partes, quâ opus esset, subsidio quasi esse possent. Ex quartana pecunia 5 millia circiter Equitum mille peditum scripta. Ad eos Vicissinarius miles adiectus, hic omnis Exercitus erat. Zamoscius cum expeditione in Scythiam partim impediri, partim tantas vires quantas ad eam opus esset habere se non posse intelligeret, quanta maxima tamen cura posset Exercitum contrahendum nunqm omnes occasiones intentum se esse opportere statuebat eo omnia consilia referre, ut si nullam aliam operam Christianitati et Reipub: praestare posset, saltim ut transitum per fines Regni prohiberet et ipsos fines a maleficio et iniuria Exercituum hostilium tutaretur hoc consilio etiam anteqm Stipendiarius miles omnis convenisset iam Mense Junio 1000 circiter Equites qui primi convenerant, Mogilnicam super Treboulam Boristhenem versus promovit, aliquantoq post reliquas etiam Copias ad Zinkovum Oppidum non procul a Nestro flumine contraxit.

Valachiâ interim Aaron a reliquis duobus vicinis Sigismundo Transilv: Principe Michaeleq Moldaviae Palatino inductus ab Imperio Turcico defuit foedusq inter se sanciunt, Cosacisq in Societatem traductis, Techiniam cui Achmet Sororis Chani filius praeerant oppugnant. A qua et si frustra opem Chani Sendzinko diu implorante, reiecti tamen tandem fuêre. Aaron inde a Rusvano Hungariae Cohortis Praefecto in vincula coniectus, cumq Uxore in Transilvaniam missus erat. Gaza suppellexq omnis a Rosvano direpta, Valachi in fidem Transilvani primum adacti. Postea Rosvanus ipse iis Praefectus. Iam ante haud multo post Aaronem captum, et Transilvaniae Princeps iterato literas ad Zamoscium dederat, quibus titulos Valachiae proscribebat suiq Iuris Provincias eas factas significabat, quoq vicinum Exercitum illi cognovisset, ne quid ei damni a nostris daretur pro necessitudine munia petebat et quem in Provinciam eam miserat Gasparum Cernisse hominem suum iis de rebus ad Zamoscium allegarat. Respondit illi Zamoscius non sui sed Regij id arbitrij atq Ordinum esse. Se ministrum esse. Ad Regem igitur iis de rebus referret. Rosvanus autem ipse frequentissimas cum literas tum Nuntios mittere non desinebat, quibus et de adventu Synani nuntiabat, et opem petebat. Quibus de rebus maxime autem de periculo finium Regni cum diligenter Zamoscius ad Regem retulisset, in eam Sententiam mandatum ei a Rege fuerat. Ex tempore consilium caperet, cum Rosvano qui per proditionem

Haerum suorum coepisset

Hærum suum cæpisset, nihil commune haberet. Plane in magna cura ōnes esse. Non modo enim Sinanum cum Exercitu in Moldavia esse, et primaria Oppida magno opere munire constabat. Verum Tartari etiam maximo numero venire nuntiabantur. Tam circa Rosvanum autem quam circa Valachum nullæ vires, Rosmanus autem fugam omnino iam parabat circumspectabatq. Ita Provincia non modo sine Milite, ac Exercitu iusto verum sine monimento ullo in prædam hosti relinqui iam videbatur. Quod solum autem reliquum Provinciæ eius Castrum erat Chocimū, et ducentur tantum peditum præsidio tenebatur, et a Camenecia duobq solum miliaribus distabat. Ita ut si semel in Provincia ea Turcæ pedē posuissent, non modo de Valachia Provincia Nominis Christiani actum videretur, sed de Russia etiam. Præterqm enim quod moris Turcici est. ut in pace quoq excedendi ditandiq militis causa excursiones liberas ita in fœderibus cum vicinis plerisq excipiant ut modo loco non oppugnentur, non violatum illis fœdus interpretentur ut maxime a maleficio in finibus Regni abstinere vellent, vel necessitas tamen ad infestandum Regnum adducta eos ipsa videbatur. Zamosciusnanceps deliberatio tenebat. Si intra fines Regni cum Exercitu non magno hostem expectasset. Præterqm quod Valachiam Turcici Iuris futuram videbat perpetuumq Regno impositum iri: si quid etiam inter fines sibi Exercituiq gravis accidisset ne non modo de Exercitu illo actum esset verebatur. Sed nullo etiam alio Exercitu parato qui Victori hosti opponi posset. Ne Regis aut Regni ipsius, Russiæ saltim salus in discrimen adduceretur. Si Valachiam cum Exercitu ingressus fuisset, quod et fama maiora omnia faceret, et Exercitus nostri, quod equis armisq non bene instructi, sed orbati fere sint, maiorem etiam ipsa re numerum præseferre soleant, vel fama speq ipsa Exercitus aut retineri aut retardari hostem posse, spem aliquam habebat. Vel si in discrimen aliquod res adducenda esset minore cum periculo Regni, remotiore a finibus loco, quam in ipsis Regni visceribus tentari fortunam posse statuebat. Atq si nihil perfueretur, obiectum tamen Corporum suorum vel prohibituros a finibus hostem vel certe tardaturos. Interim in omnes partes mitius hoc consilium fore metu aut saltim suspicione Exercitus nostri progressus et Tartarici Exercitus inhiberi posse, utilemq operam non modo Regno huic verum Universæ Christianitati, quæ ab hac parte tuta alio loco vires suas coniungere possit, navari. Arma enim contra Turcam, cum quo aliqui pacem turbare nollent, sed contra Tartaros sumpta visum iri. Quod primum autem esset, cum de Valachia tum ipso bello Turcico, Regi Regnoq huic, tum Christianitati Universæ, integra nihilominus omnia futura. Cum interim nisi Valachia ingrederetur, Rosvanum et Valachos impetum Tartarorum cum Turcicis coniunctorum minimè sustentaturos, verum vel in hoc etiam Regnum hostes attracturos: et quo neq communibus Viribus contra Turcam geri aliquid deinde a Rege possit, futurum. Semel enim in Provinciam Valachia reducta Turcisq in ea Coloniis introductis, quem esse qui non perpetuo in finibus hisce nobis hærendum videret. Nec alio in loco nisi illis submotis bellum administrari posse. Ex authoritate igitur Regia, Consiliiq sententia Valachiam ingredi decretum.

Ad si manum etiam

Ad Symanum etiam literæ datæ quibus ne fines Valachiæ ingrederetur ei denuntiaretur: A Rosvano autem Uxore rebusq omnibus in Transilvaniam præmissis non multo etiam ipse post subsecutus fuit. Non multo post præsidio quod exiguum admodum ducentorum circiter Ungarorum peditū Chocimi reliquerat, decedente, Provincia vacua facta fuit. Provincialesq partim ob impetum Turcici, Tartaricique metum, partim Tyrannidis quæ hactenus per tot sæcula experti fuerant, qui generis Palatinum summo a Zamoscio studio petebant. Erant cum Zamoscio duo Indigenæ Valachi: Unus Lucas, Strois, alter Hieremias Mohila, uterq apud Petrū qui aliquot ante annis metu Turcæ in Cæsareas ditiones profugerat, ille Quæstor, hic Marschalcus fuerunt. Petrumq Imperium relinquentem in Poloniam quoq ipsi secuti fuerunt. Quodq cum eo loco apud Petrum esset non pauca Regi Regnoq officij præstitissent, ex omnium Ordinum authoritate, Ius Nobilitatis Polonicæ in Comitiis publice illis datum. Hieremias vero non modo cognationibus et affinitatibus, verum possessionibus etiam facile primus inter Valachos erat. Eum igitur cum Provinciales ipsi maxime peterent, tutius visum in Palatinatu illo collocare. Certis igitur Conditionibus, inter quas prima fuit, ut ipse ad Regem mitteret, beneficiumq id a Rege peteret, Provinciæ Præfectus fuit. Juramentumq ab eo in eas Conditiones præstitum. Inde cum et Turcā et Tartaros expectandos sibi sciret. Inprimis de loco Castris idoneo capiendo intentus, inter confluentem Pruti et Jassæ fluminum more Polonico curribus et impedimentis, quam maxime poterat iis communibus Castra ponit; ita ut non modo duorum fluminum obiecta Castra tutiora essent, verum Commeatus etiam facilius illis subvehi posset. Ipse privato habitu in cognitum Jassum accessit, cum loci ipsius cognoscendi causa, tum an muniri posset, quo minore Milite Provincia teneri posset. Consilium Zamoscij varij sane, a plerisq pro cuiusque sensu in Polonia acceptum fuit. Rex fere solus factum non improbabat, in omnes tamen partes magna cautione opus esse ostendebat. Nec vel cum Turca Regnum committeretur, vel domi nonullis turbandi causa præberetur. Tartarus an Boristhenem transgrederetur, non tam deliberabatur, quam cum et a Sina qui potissima loca iam in Moldavia munierat diligenter accerseretur et non modo Exercitum Polonicū, sed cum eo Zamoscium etiam in Valachia esse cognovisset quo maiores copias e Nahagensibus usq hordis contrahendq sibi existimabat, dum illas expectat, tardabat. Sedsiacus qui Sororis Chani filius erat, ipse Palatinatum seu Præfecturam ambiebat. Hieremiæ tamen se favere cum ipse tum Aly etiam a Bassis nonulli præseferebant. Simulatio hæc tamdiu mansit, quo ad Chanum omnibus rebus instructum adventare constabat.

Cuius adventu cognitio literis ad Zamoscium datis aperte iam Bassā Valachiæ ab Imperatore Turcarum commissum sibi esset, ut de Provincia et ipse decederet, et Hieromiam deducere postulare. De Chano autem

ostendere quod aliquot an

ostendere quod aliquot annorum donativa ex Polonia ei soluta non essent, ipsum repetitum ea adventare, in Poloniaq hyemare constituisse. Præter illos Edicta publice Provincialibus proponere, quibus vitæ, omniumq fortunarum periculo proposito ad Hieremiam deserendum, Turcicumq Imperium accipiendum eos hortabatur, hominesq ad possessionem Oppidorum, aliorumq locorum accipiendum passim dimittebat. Cum primum Valachiam Zamoscius ingressus fuerat, antequam de adventu Tartarorum certi aliquid constaret, Cosaci prædæ spe inducti ad fines Valachiæ, cum ante invitati detrectassent, tum ultro accesserat. Zamoscio, qui et prædam eos tantum sequi intelligeret, et diserte mandatum a Rege ei esset, ut ita omnibus rebus moderaretur, ne pacem cum Turcis turbaret: quod Thehiniam nuper adeo partim diripuisse, partim obsedisse eos constaret, ne si Exercitu exciperentur, publica authoritate factum eorum comprobari apud Turcas existimaretur, pro hostibus se eos habiturum si progrederentur denuntiaret. Ita reiecti cum de adventu Tartarorum ipsi antea Nuntios sparsissent, Boristhene tamen relicto, versus Szarogrodum Oppidum, a Zamoscio contra fines Tartaricos constitutum se receperant: oraq ea fere pervastata, postea per Podoliam et Valachiam latrociniis grassati, ad Absanchorodum partem ad Białogrodum aliam Lis Boristhenem, Nestrum ad Tehinium traiciunt. Quod magnam partem æstatis Sinanus eos expectasset, iamq veniente Octobre, Miles Turcicus, eadem quæ superiore anno in Ungaria ab iniuriis aeris maxima incommoda acceperat metuens, ægerrime sub pellibus contineri se pateretur ut quam primum secum se coniungerent, quo sociatis viribus Transilvaniam ingrederentur, diligentissime eum urgebat. Rescripserat illi Chanus, prius Valachiam fidei, sub quæ ab Imperatore commissam acceptorum. Cum et a Milite urgeretur Giurgonum, inde ad hiberna Exercitum reduxit. Sendziakus cum parte Exercitus Turcici ad Bikium cum Tartaris se coniunxit. Quam primum de adventu eius Zamoscius cognovisset, Castra quæ inter duo flumina Prutum et Iassum hucusq habuerat per pontem qui in militari via, quæ a Iasso ducit, erat, in alteram Pruti ripam, qua Tartarus venturus erat, traduxit. Potentissima ab ea parte planities est. Quod autem Prutus ambitu suo angulum quasi quendam ibi faciat, duo fere latera abiectu suo tuta præstat. Reliqua duo fossis et aggeribus obiectis communita a Zamoscio fuerunt, quatuorq portis, quibus Singuli cum præsidio Præfecti, distincta, simul vero cum per pontem, tum flumine commeatus facilius pervenire ad Exercitum poterat. Chanus ipse Captivo ad Zamoscium misso, ut ad diem proximum Iovis summo mane, certo se expectaret, ei denuntiarat. Postquam nihil certius quam pugnandum esse constabat. Zamoscius militari consilio omnium Præfectorum, et plerisq

Contubernalium habito

Conturbernalium habito: cum maximè de tempore rationeq pugnæ re:
tulisset, ne primo statim die, priusquam visus hostis, et periculum e:
ius factum esset, et nostrorum animi confirmati, copia pugnæ fieret
convenit.
Successit sub Castra quemadmodum denuntiavat die Jovis mense O:
ctobre mane, omnem barbariem Scithicam secum trahens. Subventan:
tis iam ad Castra fama, Georgium Ulanicium cum turma Equitatq
Zamoscius velitatum miserat, et cuius turma Jarocius quidam a Tar:
taris captus fuisset, quod in consilio ipse fuerat, et eo etiam prælio
Zamoscium rem commissurum cognoverat, neq tamen die primo
pugnaturum: Subibant Castra non modo agminibus diversis, sed
ipsi etiam singuli sparsi, qui eorum pugnandi mos est, nostri quem:
admodum constitutum fuerat, non ad iustam pugnam, sed suas
hostiumq vires atq animos periclitandos emissi, pari ratione sparsi,
et ipsi cum illis pugnabant, ita ut diversis locis aliis singuli cum sin:
gulis aliis plures inter se congrederentur. Habebat Sendziacus secum Ja:
nicharos circiter 500. hi sclopetis maxime rem gerebant quodq longis:
simis uterentur, ad ipsa fere Castra pertingebant. Cumq ante unam
Castrorum portam Zamoscius curreret, forte evenit, ut sub ipso equus
sclopeto vulneraretur. Cum omnibus tamen locis Superiores nostri es:
sent, multiq ex Tartaris et Turcis insigniores, aliquot Aulici Cani pas:
sim caderent, plures vulnerarentur, Fratrem Fedet Cherium ab infe:
riore parte fluminis Pruti cum duobus confertissimis aciebus mi:
sit. Processere contra eas aliquot nostræ turmæ. Chanus aliquot aci:
es ab altera parte promovebat, ut a latere in nostros invecti, in Pru:
tum eos deturbarent. Et si pugnandi copiam eo die Zamoscius fa:
cturus non erat, ad omnia tamen belli subita momenta, Univer:
sum Exercitum in Castris instructum habebat. Itaq cum contra
ea agmina, quæ cum Chano veniebant tribus Castrorum portis
turmas aliquot emisisset, quæ in illorum ibidem manipulos inve:
herentur, Gradum Tartari primum stitere. Sendziacus autem si:
gnificatione militari facta, colloquium petere. Missi visum quid vel:
let, Joannes Felix Herburtus, Joannes Golscius, et Temnik pro in:
terprete, qui ex Tartaris Petihorensibus Christianus iam a Sigis:
mundi Augusti temporibus, Regibus Poloniæ in omnibus bellis
meruit, utilemq semper operam navarit. Cum colloquium cum Za:
moscio Sendziacus peteret quærere iussu Zamoscij Herburtus, quod
omnibus fere promissis antea fefellisset, quam fidem colloquij aut
conditionem esse posse. Ille ut cum Principatu Hieremiæ confirma:
to, Valachia pacaretur, laboratum se quidem promisisse, obtine:
re autem non potuisse ostenderet. De adventu autem Chani, de:
q Valachia sibi a Chano attributa iam ante ipsum se signi:
ficasse: tandem ne colloquium recusaretur, instare primum ut Her:
burto pro obside

burto pro obside ad Chanum deducto, sibi ipsi ad Zamoscium accedere. Deinde verò vel solius Herburti fide liceret petere. Ad Zamoscium reiectus, tandem literas ipse ad Zamoscium eadere miserat. Quod nox iam esset, eo die nihil ei responsum. Postridie summo mane Chanus cum Sendziaco, vel ut fiduciam sui ostenderet, vel etiam ut ipsi postea excusabant, pabuli inopia pressi, locum mutare cogerentur, Universum Exercitum præter Castra ducere. Nullum unqm maiorem Exercitum visum a se fuisse facile inter omnes, qui in Exercitu nostro erant, constabat. Zamoscius quod et fraudem subesse vereretur, et contra fidem petiti colloquij id fieri existimaret, quam creberrimis tormentorum ictibus prætergredientes infestabat. Maxime ne traiecto alicubi flumine, a tergo nostros adorirentur, vel Jassium hybernis occuparent verebatur. Itaq in utramq rem intentus partim si flumine transmisso circumvenire vellent quæ illis occurrerét paratos esse iusserat. Et si Jassium versus progressi fuissent, qui mox illud incederent, tormentis quæ in eos directa fuerat aliquot periere. Sendziacus nihilominus immedium procedere, colloquiumq clamare. Quo tandem dato, cum suæ utrinq rationes, necessitateq urgerent, et Zamoscium Provinciæ pacandæ, et Chanum Exercitus deducendi, ut ea quâ venisset via in sua rediret convenit.

Charissima hæc Cecoviensis ut vulgo vocabatur expeditio fuit, quâ et Valachia pacata seu Regno potius adiuncta fuit, et furor barbaricus repulsus. Transilvani interim, maximeq Rosvanus non satis habebant, si Transilvania et Hungaria ab incursionibus Tartarorum intacta, eo anno servata fuisset, nisi Valachiæ quoq per fraudem et proditionem a Rosvano primum occupatæ, deinde vero desertæ, arma insidiasq intentaret. Cum itaq Rosvanus cum Exercitu Hieremiam et Provinciam invasisset. Zamoscius autem per absentiam Zolkievij Campestris Militiæ Ducis, Joanni Potocio Præfecto Camenecensi, Provinciam commisisset, Præsidioq eius illam, et Hieremiam commendasset ab hoc de Rosvani conatu certior factus, auxilio mox ei venisset Rosvanus non solum fusus fugatusq, verum etiam captus. A Valachisq scelus eius in Aaronem crudelitatemq in se ulciscentibus, palo suffixus fuit. Cosacis interim, primo ditionibus Turcicis, a Sendziaco Tchinense et Valachia deinde ab ipso Zamoscius reiectis, Regno gravibus iam existentibus, cum non solum per Podoliam Kiioviensemq tractum, verum etiam Mag. Duc: Lithv: Domq Nobiliores invaderent, direriperent, expilarent, omniaq pro Imperio agerent, quin ipsi etiam et Cracoviæ Sedi Regni, Regisq tanqm Regnũ iam in potestate habentes minitarentur, Jussu Regio, a Stanislao Zolkievio Castell: Leopol. Militiæ Campestris Duce, certis turmis a Zamoscio, tanqm Supremo Militiæ Præfecto attributis primum sub ipsa Comitia quæ Mense Januar: Varsaviæ post Cracoviensia mox habebantur

viensia mox habebantur insecutione, inde mense Maio primum ultra Boristhenem ad deditionem circa Pereslaviam adducti et adacti fuêre. Lobodaq ipsorum Cosacorum factione ultra Boristhenē iam Paulo ante deditionem supplicio affecto: Naleway ko cæterisq Duces quos ad 20 circiter Zolkievius nominarat, ad sequentia Comitia Varsaviam missi, suppliciog affecti fuere. Signa militaria instrumentumq omne bellicum traditum, cæteri dimissi fuere.
Rege deinde mox post mortem Reginæ permissu Ordinum, ab iisdēq viatico adiuto, Georgioq Ferensbachio Duce in Sveciam, fide Caroli multis rebus iam suspecta profecto.
Grave inde Bellum mox post reditum ipsius cum Michaele Valachiæ Palatino exortum. Sigismundus Bathoreus post propinquorum Procerum Transilvaniæ cædem tam Regni quam Uxoris Caroli Ducis Filiæ Reginæ Nostræ Sororis, pertesus, ad pristinum Consiliū Regni relinquendi, privatimq alicubi vivendi iterum redierat. Itaq et si a Cardinale Bathoreo, ob cædem fratris Balthasaris Bathorei gravissime apud Regem Senatumq antea accusatus, concordiaq frustra aliquoties tentata fuerat, iterum tamen in gratiam cum eo redierat. Transilvaniaq ei relicta in Poloniam ad Zamoscium primum, inde in Episcopatum Varmiensem recesserat. Cardinalis interim tanqm in pace agens, communia cum Maximiliano Archiduce, aliisq Austriacis miscebat, interim amicitiam tamen potentiamq Austriacam Turciamq anxius, securius tamen quam rerum huiusmodi moles requirebat, agebat. A Michaele igitur Valachiæ Palatino nihil tale expectatus, subito oppressus fuit, primumq Exercitu eius a Michaele deleto, fuga consulere sibi cupiebat. In ea deinde a proprio eius familiari caput abscissum, ad Michaelem delatum fuit, qui Transilvaniâ ex eo tam Austriaca quam Turcica authoritate, quam utramq ut expediebat sequebatur summo cum Imperio potitus. Non contentus ea, Valachiam etiam Regni Poloniæ Provinciam invaserat ratus Sigismundum Transilvaniæ Principem ibi foveri, Hieremiam quem a Rege Zamoscioq præmonitum, eodem modo opprimere cogitans, Regno tamen eiecit, suiq Juris Valachiam fecit. Jamq fortunæ successu inflatus, non solum de Transilvania, Valachia, Moldavia, quæ Provinciæ coniunctæ Nobilissimum Regnum facerent, cogitare. Sed Poloniam ipsam, maximasq res animo agitare cœperat. Neq enim Poloniæ fautores ei deerant, quorum studio Comitia ob eam potissimum causam indicta fuerunt. Infectis e quarciano tamen milite voluntariisq iussu Regio Exercitu conscripto, Cosacisq deinde etiam adiunctis, iustus Exercitus a Zamoscio confectus fuit. Primum Valachia Szocaniaq in qua præsidium Michael relinqueraf recuperata: inde ubicunq hostem reperiret quærere cogitans, Jacobo Potocio cū Copiis

bo Potocio cum Copiis aliquibus ad explorandas res Transilvanicas, premisso in Transilvaniam secutus cum Zamoscius erat. Sed sub idem tempus Transilvani iniuriis Michaelis quas gravissimas in quocunq Ordinum homines passim exercebat, offensi, Georgio Bassa Exercitus Cæsarei in partibus Hungariæ Præfecto in auxilium assumpto partem eam Exercitus, quam in Transilvania Michael secum habebat fuderant. Michaelemq pro tempore cum Basta rebus compositis, Transilvaniaq Cæsari cessa, ad alterum Exercitum in Moldaviamq se receperat. Quo Nuntio accepto Zamoscius, etiam in Moldaviam itinere converso, in eodem Exercitu iam instructum obviam Michaelem habuit, aliquotq dierum velitationibus cum eo commissis 10 Octobris inter montes non procul a Targovesto cedentem, seu in suum locum potius Zamosciū persequentem cum 40 circiter Millium Exercitum Michael haberet, magno prælio fudit fugavitq. Fuga in Cæsareas ditiones, indeq ad ipsū Cæsarem, Pragam se recepit non sine cura Zamoscij cum ob affinitatē Bathoreorum maxime ei suspecto, etiam infensus ei esset, et Bellū omni studio repararet, atq ipso Cæsare ea in re adiuvaretur, qui pro instrumento rerum gerendarum cum Turcis, eum sibi delegerat. Imprimisq Poloniæ ipsiq Zamoscio Livonico tum Bello intento minaretur. Sed non multo postquam Praga rediisset, post Pugnā a Sigismundo Principe, Transilvanisq et Turcis infeliciter contra Cæsareos pugnatum, ab ipso Bastæ, seu novas res cum moliri sentiente, seu ex iurgio in tentorio ipsius interfectus. Curaq ea Regnum hoc liberatum fuit. Non silentio fortassis prætereundum, cum post victoriam de Michaele partam. Ad Paludem quam Ovidianam hodie adhuc constanti fama incolæ vocant progressus Zamoscius fuisset, ad Mathæum Piskorzevium, quem elegantis ingenij Virū tunc secum habebat conversus, sequentes versus e tempore ad illū effudit: Naso et Piscoreus Getus venere, Tomosq Pænæ illum hunc traxit nexus amicitiæ. Quæ et si Ovidianorum reliquiarum causa commemorantur. Non minus tamen Zamoscius omnis liberalis doctrinæ demonstrandæ causa.

Verum Michaele fuso Bellum Carolinum seu Livonicum mox excepit. Carolus enim post primum in Sveciam adventum Regiū cum post mortem prius ad accipiendum Regnum una cum Regina Rex venisset, ad iniquissimas conditiones Rege adducto, ut Filium tamen Successoremq Regium, multis aliis necessitudinibus devinctum, Regnum habentem eum prohibere Regno non posset inaugurari passus eo illum fuerat. Rebus deinde Regni Poloniæ maxime autem transitu Tartarorum sub id tempus aliisq necessitatibus in Poloniam cum revocantibus formula gubernationis Svedicæ

ex qua Carolus

ex qua Carolus ipse tanqm Princeps Hæreditarius Consilio Svedico Præfectus fuerat, certis Conditionibus constituta, in Poloniam redierat. Vix e Regno Rex excesserat. Cum Carolus non contentus titulo Gubernatoris Regij, omnia Regni iura ad se transtulit. Conventus pro libito suo incendere cœperat, in iisdem ex arbitrio suo promiscua plebe, in sententiam suam traducta, quæ ei viderentur constituere. Senatores eosdemq Collegas suos quos in sententiam perducere non poterat minis terrere. Præfectos quos Regi addictos sciebat, mutare aliosq suarum partium substituere, ad extremum in Finlandiam traijcere homines, vi et armis magnaq crudelitate in plerosq edita ad Imperium suum contra voluntatem eorum cogere. Præfectos mutare instrumentum omne bellicum classemq ipsam sub prætextu excipiendi in Regnum deducendiq Regis ad se transferre, aliisq rebus omnibus, non tam Regia iura usurpare, quam aperta erga Regem rebellionem præseferre. Rex hisce de rebus admonitus, primum consilio Senatus, Ordinumq per Legatos Stanislaum Dzialinium Castelltum Elbingæ nunc Palatinum Culmensem, Cicovium Succamerarium Cracoviæ. E Mag. Duc: Lithu: Leonem Sapieham, e Comitiis missos, cum ipsum Carolum, tum Ordines Svedicos appellavat. Sed cū verba potius, eaq ipsa non satis ex sententia, quam rem a Carolo detulissent. Ipse deinde præter cohortem suam prætoriam 4 circiter millium Germanorum et Svecorum Georgio Ferensbachio Duce adiūctis in Sveciam traiecit. Comitatu potius quam Exercitu instructus erat huiusmodi, qui ad Sveciam subiugandam exiguus admodū esset, contra Caroli machinationes, si reliqua in fide perstitissent, præsidio aliquo esse posset. Verum a Carolo dum præsidia parata haberet, maxime rusticorum Svetiorum, vane ductus, ac tandem a Svecis in quibus maximam Spem habebat, nullo plane vel gladiū pro Rege stringente, vel globum explodente, nec contra Carolum se commovente desertus, prælio a Carolo circumventus fuit, atq Consiliarios Svedicos qui circa Regem erant tradendos adactus, ipse se Stocolmiam conferre, iudicioq Ordinum, complicium nimirum Caroli, qui soli reliqui erant ex pacto submittere se iussus. Post pugnam mox non sine periculo ut obsessus constrictusq Gedanum, inde in ulteriorem Poloniam se contulit. Carolus interim Consiliariis traditis hominibus Sveciæ primariis, crudeliter supplicio affectis, aliis in exilium actis proscriptisq Livoniam tand

scriptisq Livoniam tandem Poloniæ Provinciam nullo Bello aut hostilitate prius inducta invadit, primoq Parnaviam, ipsorum fere Civium nonullorum conniventia, unde Derpatum ad extremum Universam Livoniam occupat.
Bellum tum cum Michaele Palatino Valachiæ maxime urgebat quotandem profligato, finibusq Regni Marco Sobiescio Palat: Lublinæ Provinciæq Potocio Præfecto Camenecensi commissis, reliquum Exercitum cum Bellum contra Carolum a Rege Ordinibusq in Comitiis decretum iam esset, in Livoniam adversus Carolum abducit. Carolus 20 circiter millium Exercitu ex Germania, Holsatisq potissime equibus Uxorem habebat, Pomeranisq conscripto, Vilhelmoq Duce Nassovio adscito Rigam usq pervenerat. Venda Lithvanos, qui interim dum Rex cum Exercitu veniret res in Livonia sustinebant insecutus. Ac primo quidem recuperata Cocenhausij, alteriusq victoriæ successu confisi, suo marte Bellum id vel sustinere, vel propulsare posse, in spem aliquam venerant. Postquam Carolus gravior incumbebat, ut Zamoscius cum Exercitu Polonico quam primum Livoniam venirent urgere eum cœperunt. Primo igitur Knissynum deinde Vilnam ad Regem cum divertisset, biduo circiter cum Rege constituendarum rerum causa commoratus, Regem cum Exercitu sequentem in Livoniam, cum parte Exercitus procedit, rectaq Rigam versus se conferens, literas ad Carolum suo Exercitusq nomine præmittit, quibus et contra ius Belli hostilitate prius nulla indicta, Livoniam Regni Poloniæ Provinciam ab eo invasam ei exprobrabat. Et nisi prædonum potius quam hostilium more in Livoniam venisset, fortunam se expectato experiretur, neve se in naves abderet. Verum Carolus Zamoscio multo minus Rege ipso non expectato, a Riga quam tamen obsidebat Exercitu rebusq omnibus subito subdictis, Filio Carolo Notho Volmariæ cum Gardiano Ponto, parteq Exercitus relicta, ad Revelliam versus littus classe legens, Nassovius Provinciæ præfuturus Derpatum subito se recipiunt. Rege itaq Moschovitiorum potissimum Legatorum, qui fœderis renovandi causa Vilnam venerant. Vilnam se recipiente. Zamoscius etsi iam Mense Decembre Volmaria per obsidionem recuperata, Caroliq Notho, Gardianoq in deditionem acceptis reliquam hiemem Remburgo, Selburgo, aliisq Livoniæ Castellis recuperandis summis suis Exercitusq incommodis tollerandis exigit. Sequenti æstate primo Felinum in cuius oppugnatione Georgius Ferensbachius cadit deinde Luyscium in potestatem redigit. Inde Estonia per Stanislaum Zolkievium Castell: Leopol: Campestris Exercitus Ducem depopulata. Tandem Mense Septembri. Album lapidem totius Europæ, maxime autem Livoniæ, Estoniæve, cum situ loci, tum opere munitissimum propugnaculum expugnat. Quæ quidem res præter alias adversitates, maxime enim tam pupugit Carolum quam afflixit. Cum Nassovius paulo ante iam morarum promissionumq Caroli, quibus hactenus

eum duxerat pertesus

cum duxerat pertesus, Livoniam reliquisset namq Revellia in Germaniā se recepisset, scitu permisuq Regio. De induciis quibusdam cum Carolo per Zamoscium, Caroliq Nothum tractari cœptum fuerat, primum ad neganda quædam a Zamoscio affirmata progressum, inde ad provocationem duelli descensum a Zamoscio fuerat. Contumeliosissimis literis, quibus tanquam contra imparem duellum detractabat, responsum a Carolo fuerat. Iis æquissimis rationibus a Zamoscio refutatis, quibq Nobilem Polonum maxime Regni Cancellarium Militiæq Præfectum se per parem illi esse ostendebat. Cum tamen ad id usq tempus libertate Nobilitari Regni Poloniæ contentus semper fuisset, ob vanos tamen titulos quorundam ei facilius contemnendos, an nimirum Cancellariorumq Ducum Copiarum Regni Ius titulosq a Summo Pontifice cum Ducū exæquandos petere deberet, partim cum Nuntio Apostolico deliberabat partim ipse cogitare cœpit. Maximeq an in Filium Thomam etiam aliorumve posteros id peteret, quæ tamen deliberatio vel contempta vel intermissa ab ipso fuit. Verum Albo lapide expugnato de Revellia cogitare cœperat. Sed cum et a tormentis stipendiis Militum hieme iā urgente, militeq ipso destituerentur. Jacobo Potocio iussu Regio Albo lapidi Præfecto, Livoniaq præter Pernaviam Universa occupata, In Estoniaq Albo lapide expugnato Christophoro Radivilio Palatino Vilnæ Militiæ Lithvæ Duce excusante. Joanni Carolo Chodkievicio Capitaneo Samogitiæ mandato Regio Provinciam tradit. Ipse ætate laboribusq ex iisq valetudine confectus, cum 63. ætatis annum ingrederetur. In Poloniam Zamoscium rediit.

Ita tamen Domum versus minime otio se dedit. Mirum autem erat quam literis deditus esset, ita ut inter ipsa negotia curasq publicas, armaq ab iis non discederet. Ita ut in reprehensionem aliqm hominum studium id eius occurreret. Ut cum Clarissimi Julij Imperatoris exemplo Grammatica Donati, et D. Augustini sub transitū ferè per Regnum Tartarorum, cum ipsius edita fuisset, Carncovius Archiepiscopus Gnesnæ iactare in eum non dubitaret. Grammaticā scribit, Rempub: perdidit. Qui tamen postea summis eius in Rempub. meritis, post Valachicum maxime Livonicumq bellum confertum motus, et summus amicus illi fuit, et in maxima admiratione venerationeq eum habuit.

Verum ut ad rem redeamus. Ex Livonico etiam bello reversus, inter alia negotia, curasq publicas Dialecticam etiam Stoicorum, et si sub alieno Nomine, summa tamen cura et opera paulo ante mortem edidit. Sub idem tempus Demetrius qui se Filium Joannis Magni Moschoviæ Ducis Basilij Nepotem ferebat ie. Posteaq Georgy Mniszek Palat: Sendomiriens: potissimum opera, qui postqm ad Regnū Moschoviæ pervenisset. Filiam in matrimonio illi collocavit, ad Imperium Moschoviæ pervenit posteaq ab ipsis Moschis sublatus interfectusq fuit. In Regnum transfugerat, et a quibusdam maxime autē

a dicto Palatino

a dicto Palatino Sendomivien. aliisq nonnullis susceptus, ut ope authoritateq Regia in Moschoviam restitueretur, operam dabat. Quadere a Rege Zamoscius consultus multarum turbarum, quæ etiam præter opinionem omnium post mortem Zamoscij subsecuta postea fuerunt, ut Moschoviticarum Rocoxionorum Confœderationis, quæ proximo tempore gravissime Regnum afflixerunt, vere originem cum aliis rationibus, tum maxime pacis, et Juvisiuvandi Religione, quod paulo ante cum Moschis iuratum fuerat, diligentissime quantum in ipso erat Zamoscius dissuadebat.
Sub idem etiam tempus Sororis eius Vidua quæ Ludo. Dziatinio Vocillatori Regni nupta fuerat Cippelovio obierat. Præfectura Brodnicensis illius morte vacans, et si Zamoscius aliquid eius promissum habere se existimabat, certisq de causis eam ambiebat. Infanti tamen Lvciæ Sorori Regiæ, in quam iam antea consensum Senatus Rex habebat collata fuit. quod æquissimo animo a Zamoscio acceptum. Interim Comitia indicta fuere. Miserat ad eo Legatos Moschus, qui de Demetrij, qui de Moschovia, quamvis non publico Nomine, a nonnullis tamen e Regno adiutus cum Palat: Sendomivien. ipso Moschoviam iam invaserat, quæ reverentur, fœdusq ac Juvisiuvandi nuper ad modum in id præstiti admonerent. Verum non multo post cum e dolore tum e morbo eo mortuo, Demetrius ad Regnum pervenerat. Erant et Brandeburgenses Legati. Si ab aliquot iam Comitiis, etiam vivo Alberto Valetudinario Duce, cuius Filiam Joannes Casimirus Elector Brandeburgs. in matrimonio habebat, de Feudo Prussico instituvantes dubium id vocatum fuerat, vix enim Vivo Sigismundo Augusto, non multo post investituvam Lubling. Domui Electorali Brandeburgs. communicatum. Maxime tamen D. Stephani Regis bellig Svanensis tempore Margeburgi, ubi cum Principum Imperij interventu, Joanni Georgio Marchioni Brandeburgs Principi Anaspacensi Administratio Ducatus Prussiæ a Stephano Rege collata fuisset. Nuntij ac præsertim Chelmenses, Russiæq alij protestationem nomine Collegij Nuntiorum contra eam interposuerant. Vix enim ipso Zamoscio Authore, qui ut non semel, ipse publice professus fuisset non tam ad Feudum in dubium vocandum, tamq coniunctos a Regno Principes alienandos, quam ad conditiones aliquas ampliores eos perducendos rationem eam excogitavat, postea sequentibus investituris, non solum a Nuntiis, sed eorum exemplo a Senatu etiam protestatio interposita fuerat. Cumq per aliquot Comitia et de Jure et de Conditionibus actum cum illis fuisset, neq tamen discrte aliquid vel postulatum vel constitutum. In hisce tandem Comitiis, certæ Conditiones scripto illis oblatæ. In quibus potissimū ut præter superiora. onera 30000. millia quot annis Contributionis nomine, si quæ in Regno directa fuisset. Alia 30000. Ducatus eius Nomine. Rarum in erarium publicum inferrent. Religio Catholica appellatioq

Mors Joannis Zamoyski

tholica appellatioq ad Regem ut libera esset per Ducatum eum. Templum in usum Catholicæ Religionis Regiomonti constitueretur, aliæq nonullæ, quæ etsi tunc non steterint, post mortem tamen ipsius mutua tractatione moderate coiverint. Feudumq Joanni Casimiro Domuiq Electorali exclusis tamen Onalspacensis, publice in tertiis Comitiis inde confirmatum collatumq fuit. Magnis Conditionibus in hac causa a Brandeburgensibq Zamoscius tentabatur contra quas tamen integerrimum semper se præstitit, plurisq publicam Regni utilitatem, quam privatum commodum fecit. In hisce ipsis Comitiis, quæ extrema illi fuerint, cum Legatus Brandeburgensis præturba privatim eum conveniendi facultatem non haberet, scriptum autem quodam ei obiecisset, quo Principis sui Nomine maximam illi summam pollicebatur, Zamoscius autem inter alios libellos supplices in Senatum id detulisset, inq Senatu eos explicuisset, cum in id scriptum incidisset et Joanni Ostrogiæ Duci Castell: Cracoviens. tanquam Principi Senatus mox id ostendit, et ex Senatu digressus Simonem Rudnicium Secretarium tum Maiorem Epum nunc Varmiens. qui die illo cum iis expostularet, misit. In iisdem Comitiis Nuntio Apostolico ipso Summi Pontificis nomine appellante. Matrimonium etiam cum Constantia Caroli Ducis Filia defunctæ autem Annæ Reginæ Sorore germana propositum, constitutumq fuit. Jam ante Zamoscius cum in Livonia adhuc esset Phedoram Moschoviæ Ducis Filiam Regi proposuerat, et multis rationibus persvadere Regi conatq fuerat. Itaq et tum in Sententia ea perstabat, maximeq contrarius matrimonio illi Germanæ Sororis erat. Quod tamen pleriq vel nimio eius in Patriam amori, vel ab Austriacis metu tribuebant. Ere publica non Poloniæ affinitatem cum Domo Austriaca esse, neminē dubitare posse. Cum iam ante Defuncta Regina Universæ Reipubli: iudicium voluntasq testata esset, an rite Uxoris defunctæ Sorōr Germana superinduci post mortem eius posset, non iam Senatoris, sed Summi Pontificis, Episcoporumq iudicium esse. Cum igitur ex ipso Senatu cum præpararet, prius quam locus sententiæ dicendæ ad illū pervenisset, consurrectum fuisset inq conclavi plerisq tamen Senatoribus præsentibus qui una cum eo in Conclave Regem duxerant, sententiam suam dixisset, Regiq valedixisset. Ita ex Comitiis una cū Stanislao Zolkievio Castell: Leopolē. discessit.

Domum reversus tot rebus gestis, inter maiorum autem gerendarū cogitationes, et curas cum ad summum gloriæ dignitatisq fastigium pervenisset, ut ne inimici quidem eius quidquam in eo reprehendere, vel quæri, nisi de magnitudine eius possent. tandem die 3.
1605 Mensis Junij Anno M.D.C.V. Obiit Anno ætatis 64. Quem cum ineuntem gratulari ei Amici fuissent, quod Climactericum superasset præsagiens quasi animo mortem non longinquam quam 63 superasset annis singulos sibi qui subsequerentur Annos Climactericos esse ostendit. Ita autem mortuus fuit quemadmodum Vespasianus Imperatorem mori oportere olim censuit, stantem nimirum

interq ipsa negotia

interq ipsa negotia quod quotannis in more habebat, ut primo verè dictum, et potionibus exsicantibus valetudinem curaret, atq ita quidem sub tecto se Mensem, aut aliquot tempora se contineret, et negotia muniaq omnia, quæ ei incumberent nihilominus obiret. A Comitiis reversus, eandem etiam Livoniæ Militiæ, et Comitiorum laboribus, incommodisq affectæ tam quoq curam acceperat. Itaq cum et negotia more solito tractaret, et ab Amicis frequentissime adiretur, a prandio colloquioq Amicorum, nihil gravioris valetudinis sentiens, more suo meridiatum se contulit. Experrectus præter omnem expectationem deficere cœpit, ac tandem inter Uxoris et Filij unici Amicorumq manus EXPIRAVIT. Funus et ipse approperari et sine ulla pompa terræ tradi, testamento mandarat. Sepulchro nihil aliud inscribi, quã.

Joannes Zamoscius Regni Poloniæ Cancellarius et Exercituum Præfectus, quod mortale habuit hic reliquit. Nunc Epitaphium tale datum. HIC SITUS EST Joannes Zamoyski. In tabula ænea sculpta Stemmata Gentilitia cum Sigillo Regni et Clava Imperatoria.

Verum de rebus ipsius quæ vel Domi, vel Militiæ consilio aut armis administratæ ab eo sunt hactenus exposuimus. De ingenio autem, moribus Domestica disciplina ipsius, non alienum fortassis fuerit, vel ex eo perspici possunt: quod qui Principes nunc Reipub: sint, a quorumq prudentia, consilio virtute tota fere Respub: pendet, ex eius potissimum Domo, disciplinaq ad Rempub. profecti sunt. Ne de Aliis dicam, qui vel militiæ vel Domi ex eius Contubernio exorti, præclare Reipub. operam navant, Principes Senatus, Albertus Baranovius Archiepiscopus Gnesnæ Primas Regni. ex eadem disciplina præsens Archiepiscopus Gnesnæ. Lauventius Gembicki Petrus, Tilicki Epus Cracov. Nicolaus Zebrzydowski Palat: Cracov. Stanislaus Zolkievius Palat: Kiovienæ. unus ex clarissimis ætatis Nostræ Ducibus. Quanti Viri quorum ille quidem ad summos honores provexerat hosce vero arctissima etiam affinitate ob singularem virtutem dignitatemq sibi devinxerat. Præter hosce circa se habebat Felicem Herburtum propinqua cognatione coniunctum. Reinoldum Heydenstennium, Petrum Cieklinium, Mathæum Piskorzevium, Secretarios Regios, Simonem Simonidem, aliosq non paucos, non postrema in Rempub. opera notos summa in Deum et rem Ecclesiasticam pietate semper erat, ita tamen ut magis esset semper religiosissimus, quam nonullis aliquando videretur. Quod enim partibus Austriacis adversissimus esset, illis autem Interregnis Ecclesiastici plurimum faverent, et cum hisce nonunquam dissensiones illi intercedere necesse erat et cum diversæ Religionis hominibus communis Reipub: tuendæ causa, consilia aliquando coniungeret, quæ res cum a nonullis vitio illi daretur. Non extremis labiis sed corde pietatem esse colendam dicere solebat pro Religione Catholica vitam sanguinemq profundere paratum semper esse cum Aliorum iactantia in verbis

tantum perstitutura esse

tantum perstituta esset. Et sane quo in Religionem studio fervoreq fuerit cum opera praeclara eius testantur tum Domestici inprimis eius norunt. Nullam diem praeterire solebat qua vel non religiosissime Sacrum audiebat vel si ob gravissimas occupationes obire id non potuerit, quemadmodum accidebat Eleemosina negligentiam redimebat. Horarum quas vocant preces, nisi solum Sacerdotibus iniunctas inter gravissimas etiam occupationes diligentissime quotidie recitabat. Ex quidem dupliem se referre fructum duebat, quod et cum Deo versaretur neq unqm sine insigni aliquando consideratione aut doctrina ab iis discederet, et per Anni circulum vix non Universam Scripturam sacram in iis percenseret. Post mortem Stephani Regis cum ad Comitia Electionis Varsaviam profiisceretur, iamq ad currum conscensurus esset, alterius quasi negotij causa, ad cenaculum quoddam divertit, in qua D. Virginis Imago erat, semotisq arbitris ibi se conclusit. In quo cu omnibus admirantibus diutius moraretur, ad ostium cenaculi quidam accedentes, perq foramen serae clam speculantes, ante Imaginem in terra prostratum iacentemq ultra integram horam eum repererat. Multa alia eximia pietatis eius argumenta commemorari possent nisi res ipsae, maximeq tum amplae Ecclesiae Collegijq Zamoscensis fundatio, tum aliarum Ecclesiarum dotationes, tum aliae etiam publicae actiones illius, quo in Regionem atq Ecclesias studio fuerit, satis testarentur. Ut alia enim taceam cum in Constitutione Iudicij Supremi Tribunalis Regni Equester Ordo Ecclesiasticos a Iudicio excludere vellet, ut ius suum in causis Ecclesiae tenerent, illius potissimum studio, atq authoritati debent, qui et Iudicij ipsius communicati rationem Princeps proposuit, et postea quoad vixit, tutatq eam fuit. Omnino autem qua in Religionem Catholicam ac Principem etiam pietate fuerit, vel Testamentum eius iudicio esse potest, cuius pauca verba hic subscribere non alienum fortasse fuerit. Te Charissime Fili non modo hortor, verum etiam obtestor. Primum quidem ut Deum et pietatem ante omnia colas, eamq non modo potissimum, sed solum quasi bonum, aut omnium bonorum unicum fundamentum iudices. Inprimis Religionem Catholicam constantissime tuearis. Haereses novaq Dogmata quaecunque quocunq etiam nomine obtrudantur, fugias. Ac si forte amplissimum Regni Civem te caeteris omnibus, qui meritis suis aliquam tibi Nominis famam reliquerint, tanto magis praestantiore Parente, Ecclesia Catholica tibi laetandum statuas. Quae non modo tot Regum, atq Principum, sed quod omnium praeclarissimum; Omnium SS. communis mater est, et in eius gremio mori felicius est, quam ab initio nasci cum enim nasci satius est, quam in hac non mori. Quod cum Filio praeceperit, multo magis diligentiusq ipse semper observabat. Quare et si gravissimae nonunquam cum Rege de Repub: dissensiones ei intervenirent, ita tamen moderatq eas

fuit ut et Principi

fuit ut et Principi honor, et Reipub: sua constaret integritas, præ:
sensq Status, quoad ipse viveret, salvus maneret, eo enim amore Patriam
Rempublicamq prosequebatur, ut non modo gravissimas contentiones e:
ius causa sæpissime susciperet, sed vitam etiam fortunasq omnes suas
pro ea profundere, semper paratus esset. Itaq contentiones eas omnes
quas cum Austriacis, partiumq Austriacarum potentissimis homini:
bus diversis temporibus suscepit, non tam quod vulgo quæpiam exi:
stimabat agentis, aut Principum Austriacorum odio, quorum digni:
tatem virtutemq magnifaciebat, quam Reipub. amore subibat. Quæ
similesq contentiones, sæpe tamen non solum gravissimos labores, ve:
rum pericula etiam non solum ab externis, verum nostris etiam
maxime ei afferebant. Ut meminerim alioquin huiusmodi Epita:
phium sibi meditatum. Joannes Zamoscius plurima pro
Civibus multa a Civibus passus, hic situs est. Con:
silio operaq eius si quis Portorium Gedanense cum Elbingense et Ri:
gense. Ducalis Prussiæ pensiones, Valachiæ reditus, etiam præter Livo:
nios quos numeret ad ducenta millia a Regibus nostris Reipub. adiu:
cta reperiret. Juris iustitiæq cum omni re, tum maxime Judici:
is tenacissimus erat: atq a muneribus quidem largitionibusq
insuperabilis. Sed quod in Lysandro quoq præstantissimo Lacede:
moniorum Duce notatum fuit, amicis nunquam aliquanto plus
tribuere a quibusdam existimabatur. Erat enim si quisquam et
amantissimus Amicorum, et in amicitia constantissimus. Itaq
cum tam felix nemo sit quam non aliquando in Amicis dili:
gendis vel Judicium vel fortuna fallat, cum quemcunq semel
in amicitiam suscepisset, constantissime tuendum existimaret:
fieri non potuit quin aliquando ex Amicorum peccatis ipsi etiã
invidiæ aliquid aspergeretur. Ipse quidem diversis temporibus
non paucorum in quos maxime eius beneficio constabant, non
satis firmam in se fidem expertus fuit, qui de ipsius in se mu:
tata voluntate, cum prius ab eo ipse non discessisset queri pos:
set, nemo extitit. Itaq quod Nicolaus Mielecius Palatinus Po:
doliæ, magnæ Dignitatis, perspicacisq ingenij Senator, in cõ:
paratione Stephani Regis cum Zamoscio aliqua iecerat. Ste:
phanum omnibus credere, Zamoscium nemini, acutum magis quã
ex natura Zamoscij dictum videri poterat. Cautus sane erat, neq tene:
re cuiqm, cuius fidem perspectam non haberet, se credebat, quos tamẽ
semel probasset iis cum apertissime agere solebat. Cum in omni au:
tem vita, tum maxime in amicitia iucundissimus semper erat. Jo:
cum risumq condimentum vitæ humanæ vocare solebat, quibus tamẽ
suis temporibus locisq utebatur. In negotiis tractandis, oratione i:
tem omniq actione non solum diligens, verum gravis etiam erat.
In Rzeda rursum aut ambulatione vel ad mensam remissus esse so:
lebat. Maxime vero inter prandium et cænam, quibus tamen ultra

horam raro tribuebat

horam raro tribuebat: in confabulationes cum amicis risumq et io:
cos honestos totum se dare neq quisqm facile meminerit, vel inter
gravissimas curas ipsius, ullum prandium cœnamq non rsi hilari:
ter ab eo actum animo admitteret, nullus quamvis gravissimis
de rebus ad se scriptas literas, resignaret nullum deniq negotiū
attingeret. Iniurias maledictaq vel Civili animo patienterq sem:
per tulit, vel verbis saltim, facto nunquam ultus fuit. Bartholo:
meum Paprocium ex Austriacarum partium studio famosis scriptis
versiculisq tum lacessentem satis habuit honeste. Paprocium Va:
tem Bavij, Mæmiq Sodalem hoc disticho ulcisci. Sol ungas quæso
Iupiter ipse laves. Qui nimirum ex Policratis somno itidem illi im:
precaretur. Quod Qui. Flaminius procaci Poetæ, ipse etiam disticho
illum remordens imprecatus fuit. Cumq ex Stephani Regis et Re:
ipub. causa, cum multis ut Domo Zborovia, eiusq Clientibq Ar:
chiepiscopo Carncovio compluribusq aliis gravissimas inimiciti:
as suscepisset, nullus fere fuit quo cum postea in gratiam non re:
diret. Luxuriam prodigalitatemq maxima vitia, pestemq omni:
um Rerumpub: vere esse iudicabat ex hac quasi ratione omnes malas
cupiditates, pernitiemq deniq exitium Regnorum palludare, cum Iu:
venes Nobiles patrimoniis absumptis ad aliena, maxime autem
Reipub. bona invadenda malis artibus contendere, tandem neces:
se haberent, hinc factiones, seditiones Patriæ proditiones, Sacro:
rum profanorumq venditiones, extremumq omnium malorum,
Legum, Iudiciorumq, omnisq Iuris dissolutionem proficisci. Itaq
non modo ipse eam omnibus modis detestabatur, verum Iuventu:
tem præ Aliis omnibus vitiis ab hoc vel maxime deterrere solebat.
Neq prodigalitatem tantopere damnando liberalitatem excludebat.
Parum sane nonnulli existimabant, sed quibus res rationesq eiq
notæ erant, non solum liberalis verum magnificus ac splendidus
videbatur. Reditus cum amplissimos maiores certe quam quisqm
ex primoribus Regni haberet. Sumptus etiam pro ratione Ma:
gistratuum quos sustinebat, longe ipsos etiam maiores facere
necesse habebat. Nam et Imperio militari turmam Equitum,
Peditum cohortem suis stipendiis plerumq alebat. Aliam præ:
terea Familiam non modicam: quodq tanquam Cancellarium,
tum privatorum negotiorum causa plurimi semper ad eum con:
fluerent, primariorumq hominum non domesticorum solum, ve:
rum externorum etiam assidua frequentia Domus eius celebrare:
tur, omnes ij et pro ipsius ac publica dignitate excipiendi illi e:
rant. In tantis igitur sumptibus eam curam adhibebat, ut ita
reditus suos moderaretur, quo nunqm in minus necessarias res

profusi in necessarias

profusi: in necessarias forte deinde sufficerent. Itaq diurnorum sumptu:
um modum dispensatoribus, ministrisq ipse semper praescribebat, rati:
ones in dies, sin minus quot Septimanis ipse inspiciebat exigebatq neve
ullus inanis sumptus fieret, cavebat: ubi autem opus erat non modo
liberalem sed magnificum etiam se praestabat. Egenum nullum stipe
petentem sine Elemosina quam vel ad Xenodochia, vel Ecclesias, vel ali:
a pia loca frequenter favebat. Homines militares praesertim, faci:
nore meritoq aliquo praecaeteris insignes, partim donativis sibi de:
vinciebat, partim assignatione redituum, ex suis etiam non paucis
subveniebat. Doctrina eruditioneq claros cum Domi, tum apud exte:
ros etiam donis muneribusq excolebat. In Principibus Legatisque
externis, ut Summi Pontif: Caesareis, aliorumq Principum, si qui
ad Comitia vel ad ipsum et Domum venissent excipiendis magni:
ficentissimum semper se exhibebat: usurpare enim solebat id Flu:
minij: Equidem etiam aciem instruere et convivium. In quibus id
maxime operam dare solebat, ut non nisi selecti eius cibi appone:
rentur. In eos maxime usq vivarium instructum habebat, ut quo:
ties vel Princeps, vel Principum Legati ei excipiendi essent, celebriorũ
ferarum, Cervorum, aprorum, damarum, volantium in promptu ha:
beret, cum quorumq Animalium tenellas atq adultas carnes sapidi:
ores melioresq esse dicebat. Operum autem Eius magnificenti:
am, cum aedificia Scholaq ab eo Zamoscij instructa, tum maxi:
me duo Templa, unum in veteri Zamoscio alterum in ipso Op:
pido magnificentissimum praeseferunt. Castitatis amantissimus
observantissimusq erat. Memini enim semel eum dolvisse, quo:
rundam inductu in iuventute lapsum fuisse, neq unquam aequo
animo in eos fuit propterea. Matrimonia quidem quemadmodũ
ostendimus, quatuor expertus fuit. Castissima integerrimaq fide
coluit. Non minus autem etiam in aliis libidinem detestabatur.
Quod quidem eo fortassis, neq in eo mirandum, quod ab omni desi:
dia semper quam maxime fugeret. Neq vel in maximo otio, quod
rarissime illi obtingebat, otiaretur. Nam aut Reipub. negotiis vel
bellicis vel domesticis occupatus semper erat, vel bonorum Authorũ
lectione, quodcunq vacui temporis reliquum illi erat, ad extremã
usq aetatem non transmittebat, quorum lectioni ita deditus fuit, ut
non modo Domi, in itinereq verum in Castris etiam nunqm sine
bono authore aliquo, cuius lectioni vacaret, esset. Quo neq miran:
dum summorum sapientissimorumq Virorum praeceptis, instructũ
cum ad ingenium animumq summa magnitudine, et rerum gra:
vissimarum usq accessisset, non modo maximas res eum gessisse,
verum doctrina etiam, eloquentiaq omnibus aetate sua facile prae:
stitisse. Verum quod genus Orationis secutus fuerit, et quanta vis
Eloquentiae in eo fuerit, non tam ex scriptis eius quam operibus Orato:
riis, hominũ nimirũ

riis hominum nimirum animis, in quamcunq voluisset partem im:
pellendis, quod diversis temporibus frequentissime ab eo præfatum
fuit, æstimandum quisq sibi putet. Scripta enim eius, et si ipsa
quoq Eloquentiæ laude non careant. Magis tamen docta, cauta, et
elaborata, quam copiosa plerisq videri possent. Extant autem cũ
ij quorum supra mentionem feci, de Senatu Romano libri duo,
quos Adolescens admodum Patavij scripsit, tum Oratio ad Regem
Henricum in Parisiensi legatione ab eo scripta. Proxime autem
ante mortem Dialectica Ciceronis, aliaq nonulla minutiora. In
quibus quidem omnibus eruditionem summam, doctrinam recõ:
ditam, atq è remotis etiam Authoribus petitum, prudentiam autem ele:
gantiamq haud vulgarem admireris, Orationis copiam esse, Eloquen:
tiæq vim, quam viva Oratione exercebat, vix agnoscas. In scriptis enim
genus Orationis amabat, quoddam acutum, incisum, breve, cuius vel
exempla eius ad medicum quendam Italum, dentium restitutionẽ
pollicentem, cum pleriq ei iam excidissent, ideoq minus commoda
iam pronuntiatione uteretur, unq atq altero anno ante mortem
scripta, argumento esse potest. Ioannes Regni Polon: Cancell: et
Militiæ Dux Summus. Verba mihi facienda sunt ad Regem, Sena:
tum, Populum, Militem, dentes non habeo, quæso subveni. Tum verò
quod iudicio esset acerrimo in scriptis omnes captiones vitabat. Ita:
q nihil illis quidem prudentius oculatiusq, verum dum ne ulli
captioni latus aperiret, aliquando neq etiam anxie in se inquisi:
vit, atq ipse quodammodo nervos orationis incidit, concisor non:
unquam et aridior. In concionibus e contra et Sententiis Senatori:
is, ut liberior ita copiosissima eius oratio erat, satisq inter omnes con:
venit, quæ Orationis exemplorumq cum ex omni antiquitate tum
ipsa Repub. petitarum copia rerum, gravitate et vi Sententiarum
magis eo homines commoverit, inq animos eorum influxerit, ab o:
mnibus sæculis nullum in Polonia extitisse. Cuius quidem rei
non rationes in illo solum, verum multis aliis animadversæ cum
ea fortassis causa fuerit, quam iam attigimus, quod ad orationes
nimirum animi impellunt, ad scripta exactius iudicium offera
mus, quo ut quisq solus valeat, ita dum nimis nonunquam re:
dundantia vitia amputare studet, una cum vitiis non raro suc:
cum ipsum tollit. In oratione cum tam exacte fieri id non posset,
prudentiam eo nomine libertatem ac vim maiorem præseferat.
Accedit huc ut actio et pronuntiatio quasi in omnes, maxima cor:
te eloquentiæ pars continetur, in scriptis nuta, ac nulla sane sit,
in Orationes maxime dominetur. Et sane si in quenquam Eschinis
illud. Quod si ipsum audivisses, conveniebat de illo, ut rectissime
dici poterat. Ita non modo in Copiaq Orationis, verum non minus
ardore animi, quem vultus oculiq præferebant, homines commo:
vebat. Erat autem in omni actione. omni tempore animo non solum

præstantissimo verum

præstantissimo, verum maximo fortissimoq. In omnibus adversitatibq eius, ut mortibus Uxorum, quas ob virtutem summo amore diligebat, vel liberorum quorum amorem natura ipsa omnibus conciliat, Stephani Regis cuius maxima beneficia expertus fuerat, vel cum ab inimicis, ut sæpissimæ insequeretur: vel ab Amicis quod ipsum quoq nonunquam ei accidebat, præter spem deferentur, vix quisquam tamen illam alio vultu vidit, quam quo secundissimis rebus esse solebat. In Consiliis ut ex tempore applicandis quoties necessitas postulabat, promptissimus perspicacissimusq erat, ita quoties facultatem eius, vel res vel tempus ei permittebat, neq celeriter, neq sine Amicorum consilio quidquam facile statuebat. Solebat autem omni de re, et diu deliberare, et amicos quorum Copiam circa se habere poterat, in Consilium advocare, quorum Sententiis exquisitis, perspectisq tum demum quæ ex re ei videbantur statuere, statuta autem diligentissime et celeriter exequi. Maxime quidem in bellicis rebus, quas quanto animo administravit, tot victoriæ eius testantur, quas ille quidem secundum Deū primo, maxime impetu parari dicere solebat. Itaq ut primus congressus obtineretur, operam maxime dandam raro non accidere, ut qui primo in congressu victus fuisset, se recolligeret. Et tamen præter alia instituta ipsius militaria, in omni prælio, id maxime curabat, ut in omnem eventum in plura subsidia aciem distributā semper haberet, quo si ex prioribus Ordinibus aliqui privati fuissēt, ab aliis pugna restauraretur. Qua quidem ratione aliquot victorias cum retulisse meminimus. Ut paucis verbis omnia dicam Vir incomparabilis fuit, et in quo dum viveret æmulis forte aliquot eius exceptis, Universa Respub. spes opesq suas sitas habebat

# Victoriarum Joannis Zamoscij Elenchq.

Annō Dni.

1ma 1580. Die 6ta Augusti Transfigurationis Domini Arx Velissum sub Joanne Duce Moschoviæ capta, regnante Stephano Bathoreo.

2da 1580. Die 5ta Septembris S. Victorini Epi et Martyris, Arx Vielcolucū eiusdem Ducis Moschoviæ capta et expugnata regnante Bathoreo.

3tia 1580 Die 23 Octobris S. Severini Epi. Arx Zavolociensis sub eodem Moschoviæ Duce capta, Regi Bathoreo.

4ta 1581. Die 4. Januarij. Moschoviæ ex Urbe Plescovia seu Pscou erumpētes, et in Castra nostra impressionem facientes fusi, ac in Urbē compulsi auspiciis Bathorei Regis.

5ta 1587. Die 24 Novembris S. Chrisogoni Martyris, Cracovia a Maximiliano Archiduce Austriæ oppugnata, a Nostris autem defensa. Rege Sigismundo Electo nondum Coronato.

6ta 1588. Die 24. Januarij. S. Thimolei Epi et Martyris Maximilianq Archidux Austriæ factionibq

Annô Domini. Austriæ factionibus nonnullorum Procerum ad Regnum Poloniæ vocatus, sub Oppido Bychyna fusus, et cum suis adhærentibus captus, in Crasnostavum Oppidum Terræ Chelmensis remissus sub Rege Sigismundo Tertio.

7ma 1596. Die 9. Octobris. Prælium cum Tartaris et Bassa in Valachiam misso et recedere coacto ad Cecoram regnante Sigismundo 3tio.

8va 1600. Die 6. Octobris. S. Hedvigis Patronæ Poloniæ, Baba Novak profligatur in Valachia sub Rege Sigismundo 3tio.

9na 1600. Die 20 Octobris. Translationis S. Adalberti. Michael Transilvaniæ et utriusq Valachiæ Tyranq victq sub Rege Sigismundo Tertio.

10ma 1601. Die 18 Decembris. Volmaria Urbs et Arx Episcopalis in Livonia. a Carolo Sudermaniæ Duce intercepta, recuperata auspiciis Sigismundi 3tii Regis.

11ma 1602. Die 17. Maij. Felinum ab eodem Carolo recuperatum sub Sigismundo 3tio.

12da 1602. Die 27. Septembris Translationis S. Stanislai Episcopi et Martyris. Arx totius Europæ et Livoniæ fortissima Veysensternum. seu Bialykamien in Estonia Carolo Duci erepta et Polonico Iuri reddita auspiciis Sigismundi 3tii Regis.

# Ex Testamento Joannis Lamoscij

Secundum Deum maxime in literis Serenissimos Reges Meos et Rempub. non assentatorum more, sed sincerrime colui, quibus fidem integrâ inviolatamq servavi, et eorum dignitatem foris, et libertatem Domi clarissimam semper habui. Qua enim in re certe nulla ex parte læsam conscientiam me habere subiturus Dei Iudicium profiteor. Civibus meis quibuscunq qui me læserunt ignosco: et ab iisdem mihi ignosci expeto. Pietatem erga Patriam, Observantiæq erga Regem commoneo, ut luxum et discordiam fugiant, quâ maxime etc: etc.

Rerum Polonicarum

# RERVM POLONICARVM LIBER PRIMVS.

Nuntio mortis Paterna Joannis 3tii Sveciæ Regis accepto in diem 4. Maij Anno 1593. Varsaviam Comitia Sigismundus Rex indixit. Mortuus ille fuerat Vigilia D. Catharinæ, Nuntium tum eius prius quàm sub initium Anni huius Rex acceperat: Ac cogitarat quidem Torunii Comitia indicere Maioris tamen partis Senatorum sententia Varsaviam deinde ea indixit. Annus hic duos insignes Senatores abstulit, Martinum Lesnovolscium Podlas: Castell: cum literis, tum elegantia rerum & æternarum peritia cultissimi ingenij, Marschalcum tum Petricovia Tribunæ Regni. Andream item Opalinscium Marschalcum Regni qui et consilio et gravitate Senatoria imprimis clarus erat, ideoq et apud Stephanum et apud præsentem Regem Sigismundum plurima gratia et authoritate pollebat. Mortuus Posnaniæ sub initium Quadragesimæ.

Kosinski autem quidam Nobilis hoc in Palatinatu Podlas: natus Duce Cosacorum manu non parva collecta ad 5000 civiles in Podoliam grassabatur, maxime in possessionibus Ducis Ostrogiæ Palat: Kiov. Qui Universi Regni periculum metuendo in Podoliam, et filius eius Januszius in Polonia circa Sarnoviam militem conscribit. Cosinscius Sarnopoli ubi habitabat diffidens, Pictura secessit eoq communito aliei rem committere volens ad prælium egressus fuit, ab initioq secunda fortuna pugnans, ad extremum virtute maxime Januszij filij, militisq eius gravis armaturæ pugna restituta, ipseq fusus fugatusq fuit. Ad 3000. Cosacorum cæso Kosinscius rebus desperatis Ducis Ostrogij suppetiæ accessit. Ex Oppido progressus, fideq eius se credens, certis conditionibus in gratiam ab eo recipitur. Inter quas prima ut Imperio Cosacorum in perpetuum se abdicaret verum iuramento quod præstitorat violato, maximeq Alexandrum Visniovieccium Ducem, Capitaneum Cyrcassensem, qui cum aliis complurib: Palat: Kiovien: auxilio erat, ulcisci cogitans, manu iterum collecta Cyrcassium se confert. ubi in hospitio ebrius a familiaribus Visnisvieccij interficitur. Ibidem ad 400 Cosacorum cæduntur.

In priore prælio

In priore prælio cum Palatino Kiioviensi ad 26. tormenta bellica ei ablata. Campestria et signa fere omnia Die 15. Martij se dedit. Sub finem Martij quemadmodum in aliis Palatinatibus, ita Prosoviciis etiam ante Comitia Conventus habitus Contentiones in eo non paucæ. De Janussio Duce Ostrogiæ Palatino Vilnæ tum Castellano Cracovæ designatæ fuere. Aliis pro Indigena Cracovæ eum agnoscentibus, aliis ad Voliniam eum revocantibus. Quibus facile reiectis cum ornatissimo Comitatu post Conventum mox Cracoviam ingreditur. Signa de Cosinscio capta Scaliæ ad D. Stanislaum suspendit. Ante Comitia Joannes Zamoscius, Grzymalius, Secretarius Regni, qui postea Archiepiscopus Leopolienæ fuit, ad Cæsarem missus, quem ex transactione adhuc Bendzinensi requirerentur, ut iuramentum Maximiliani, Ungarorum et alia nonulla postularet. Ad Comitia deinde Senatores non admodum frequentes, Nuntij etiam dissentientes venerant. Ex Palatinatu Cracovienæ 12. ex Volinia totidem, de Marschalco Nuntiorum maxime controvertentes. Tandem 14 Maij Nicolaum Danielovicium elegerunt. Propositio a Zamoscio pro loco Magistratus eius tanquam Regni Cancellario facta. In primis mox Regis Sveciæ, et proposita et deplorata: Necessitatemq. quæ ob eam in Sveciam excurrendi Regi incumbebant, demonstratæ Sententiæ inde a Senatoribus pro more dictæ. In quibus in primis Ducibus Ostrogiæ pro Repub. contra Cosinscium gesta gratiæ actæ, non parvum in periculum Universæ Reipub. nisi oppressus mox fuisset imminere videbatur. tumultusq. eius, qui opera studioq. Zolkievij cum Lobocla, Nalewaykoneq. Ducibus Cosacorum, non multo post extinctus fuit. Initium quasi quoddam is Kosinski erat. Ut Rex si fieri posset maneret perq. Legatos potius quæ agenda essent ageret, omnes in primisq. Zamoscius petiere, multisq. rationibus persvadere ei conati fuerunt. Verum literæ e Svecia ostensæ, quæ præsentiam Regis requirebat, frustra omnia tentari demonstrabant.

Die 23. Maij Die Dominico Filia Reginæ nata Anna Maria. Missus cum Nuntio eo ad Archiducissam Matrem Nicolaus Volscius Gladifer tuæ Regni, nunc Supremus Marschalcus. Ad Cæsarem Boianovius, Cubiculi Regni Minister. Ex Conventibus, quæ Comitia antecedebant. Dissensiones nonullas, partim veteres de Radivilio Epo Cracovienæ partim recentiores de Duce Janussio Cast. Cracovienæ ad Comitia secum Nuntij adtulerant. Quemadmodum ostensum est Zamoscius Grzymalius ante Comitia adhuc de nonullis rebus ex communibus pactis postulatum missus ad Cæsarem fuit. Legati igitur ad Comitia hæc hæc a Cæsare missi. In primis mortem Regis

mis mortem Regis Svecia recepto inter Principes officio lugent, tanquam propinquo officia omnia deferunt. Maximilianum et Ungaros in transactionem Bendzinensem, non dum iuròsse excusant, ut quos Cæsar in potestate sua non habeat, itidem quod Sigillum Imperij transactioni non adiunctum, ut quod sine Conventu Imperij administrari non possit, ostendunt, satis Sigillo Regni Bohemiæ esse, itidem quod Rex Hispaniarum eam non confirmasset. Nihil autem ex omnibus his rebus periculi esse, ut quod prohibendo non permittendo, omne Cæsar posset, quemadmodum aliis in rebus ut plurimum a Principibus, reliqua etiam fore pendet. Sta tum etiam controversijs, quæ inter Cardinales Radivilum et Bathoreum potissime erant, compositis, reliqua facilia fuere, Comitiaq præter omnium opinionem biduo ante exitum indicata re, exsententia cessere. Composita autem fuerat potissimum opera Nicolai Firlei Palat: Cracovię. Cum Superioribus Comitijs mentio nulla discessus Regis, nisi post mortem Patris admissa fuisset, tum expatiis Rege eum postulante, difficile ei negari potuit. Tributum etiam decretum ex quo 200000 Regi in ter tertium essa 100000. a Lithuanicis Ordinibus promissum fuit. Cum autem Rex intra annum se stiturum iterum promisisset. Mutuo a Repub. cautum ei fuit, integrum per id tempus reservatum ei Regnum fore. Reformatio etiam Reginæ, quæ Superiorum Comitiorum contentionibus infecta fuerat constituta, in hisce summo omnium consensu fuit. Confœderationi quæ ut plurimum Comitia morabatur nonunquam etiam infuere solet, et illa quoq non parum mota fuerat, consilio tamen Zamoscij generali clausula, qua nimirum publicæ pacis cavebatur ad Tribunal remissi. Legati etiam externi omnes per absentiam Regiam Regno prohibiti. Valedictio tandem mutuis faustis acclamationibus tam Nuntiorum, quam parte Regia celebrata. Sub finem Comitiorum Nuntij de excursione Tartarorum in Volyniam allati fuerunt. Accursus post victoriam Ducis Ostrogiensis exciti putabantur, excursione in Moschoviam simulata. Excubias vel fefellerant vel oppresserat Captivos multos abduxere, maxime mulieres virisq vel in Comitijs vel Tribunali quod Volinenses causas tum iudicabant absentibus. Missus ad eos Nicodemus Cossakovius, quo literas fidei publicæ obtinere non posset, et itinere rediit. Ad Aulam Turcicam etiam Venceslaus Drozinskius Aulicus Regis missus ut sub tempus hoc discessus Regij animum Principis Turcarum explorare et confirmare et itinere in Exercitus Turcicos, qui in Hungariam tum ibant, non sine periculo inuidit. Constantinopoli satis humaniter excepto quod tamen munera nulla secum attulisset diu ad ipsum Turcarum Principem non admissus fuit. Sed cum neq literas Regias exquæri a se passus fuisset

queri a se passus fuisset, neq apud Teratum primarium Bassam, legationem exponere se cogi, ad ipsum postea Principem admissus rebqq ex Sententia confectis, dimissus fuit.
4ta Julij Baptismus Infantis Annæ Mariæ celebratus fuit. Initiata erat a Georgio Radivilo Cardinali. Suscipiebant Legatus Cæsareus, Vladislaus Berka, Marschalcus Regni Bohemiæ, Legatus Archiducissæ Comes de Torre, Regina Senior quæ infantem etiam ad Templum tulit, Infans Sveciæ. Alij ex delegatione Summi Pontificis, ut Albertus Baranovius, tum Epus Plocensis, Christophorus Radivil Palat: Vilnensis Georgius Mniszek Palat: Sendomirg. Castell: aliquot. Sub idem tempus ingenti aquarum vi exundans Vistula Cracoviæ, maxima detrimenta plurimis ædificiis adtulit. In æde Bernardinæ ad tres ulnas aqua exereverat, eadem mensura Stradomij in æde D. Catharinæ Casimiriæ celaria omnia plena, multæ villæ cum pecoribus Incolisq abreptæ. Die 3tia Augusti Rex Varsavia Sveciam versus profectus relicta. Radiviliæq Viduæ Filiæ Ducis Curlandiæ comissa.
Die 2da Mensis Septembris tumultus Plebis Gedani expertus fuit, ex iurgio duorum Haydonum cum Naviculario, in quod et in cœnaculum ipsum Regium quod in forum spectabat globis appetitum, ex utraq parte demum homines aliquot cecidere. Comitati Regem in Sveciam fuere, Germanus Malaspina Epus Sancti Severi, Nuntius Apostolicus. Joannes Tarnovius Vice Cancellarius, Stanislaus Crasicius Castell. Premisl, Gedanum etiam Hieronimus Rozrazevius Epus Vladislaus. Andreas Bathoreus Cardinalis Epus Varmienq et Alij nonulli Senatores. 16 Septembr. a laterna mare ingressus Naves 50 cum iis 23. Septembris ab Hala tempestas sub Novum Regem tumum Culmariu petentem Stocolmiam cum Regina et Infante reiecit, reliquas Naves disiecit. Omnes per eam tempestatem in maximo periculo fuere. Qui in Gotlandiam Daniæ ditionis per Insulam reiecti fuerant, humaniter ibi excepti adiutiq Rex etiam et Regina a Carolo Ordinibusq Stocolmiæ exceptus. Upsaliæ deinde coronatus fuit, sub fine Mensis 10bris.
Loboda cum tribus circiter millibus Cosacorum Jurgovam non procul a Białogrodo Turcicæ ditionis sub ipsum tempus Nundinarum diripiunt cum prædaq non parum discedunt. Quos Turcæ, Tartari, Volochiq Boristhenem versus insecuti. Cosaci a Chlopicio, qui Stephani Regis tempore Cubicularius fuerat, authoritate Cæsaris inducti putabantur, a quo Signa literas pecuniam ad ditionem Turcicas infestandas tradidisse ei dicebatur. Cumq Moscho Consilia communicasse, quas ob causas Cracoviæ in vinculis fuerat, sed ex iis in Silesiam evaserat

siam evaserat. Per absentiam Regiam ad Karnkovium Archiepiscopum Gnesnens. Mense Februario. Cæsar legationem mittit. Duo eius potissimū Capita erant. Uno de Tartaris per Regnum in Hungariam transitu prohibendis, alterum quod de fœdere contra Turcas primarios aliquot mittere Legatos Cæsar constituisset, quem in locum, et in quem diem mittere eos debet quærebat. Literæ ad Regem in Sveciam missæ mox fuere. Convocatio autem ad responsum Cæsari dandum in 19 Aprilis Varsaviā inducta fuit. Legatis Cæsareis in ea responsum, sine Rege nihil Ordines statuere posse; de Tartaris, transitum illis prohibiturum iri, promissū. Simulq de Chlopicio Aliisq Cosacis, in alieno Regno Imperio militari signisq contra hostem tributis, et quasi arbitrio, cum vicinis paucis sumendæ, fœderumq tollendorum permisso quæsitum. In eadem Convocatione Bausius cum literis Principis Turcarum ad Regem, Feratis Bassæ ad Senatum, ad pristinam amicitiam, in eaq constantiam eos hortabatur. Bellum in Hungaria Sinano Bassa cum Exercitu misso susceptum, Chanum Tartarorum secum ducturum, ne a Cosacis aliisve impediretur postulatum. De amicitia large responsum. De Cosacis ut hominum genere vago nihil promissum certi, nisi Vicinis Præfectis, ut quantum possent in officio eos continerent, mandatum iri. Quærellæ in Tartarum de damnis proxime illatis adiunctæ literæ, ad Regē missæ, simulq ut negotiis eius Regni confectis quam primum ad nos se reciperet, petitum.

Anno 1594. 17 Julij. Stanislaus Minscius Palatinus Lanciciensis Canonisatione D. Hyacinthi vexillumq Laurentio Goslicio Episcopo Premisl. et Nicolao Zebrzydovio Palat. tum Lublinę obviam ei progressis, magnis Ceremoniis Cracoviam intulit. In Hungaria interim Mansfeldio Duce egregy Christianorum contra Synanum Turcasq progressus erant. Villæ cum Sabathi ad extremam Caffæ capti ad 40000. Turcarum primariorum militum cæsa. Tartari interim per Poloniam contra omnium opinionem in Hungariam transeunt. plerosq quidem Vicinos Senatores et Præfectos, ut intenti in eos essent Zamoscius præmonuerat. Sed Exercitu non parato difficulter sane transitu eos prohibendi ratio fuit. Incipiendo enim a Strijs ad Synesium usq fines cum Hungaria sunt inter quos quo loco Tartari perrupturi essent, interdum, ita ut Universi observandi essent. Mense igitur Julio Valachia in Pocuciam Tartari ingressi, sine negotio transeunt, non paucis damnis illatis, Samborium se convertunt, quo in itinere aliquot Oppidula incendunt, ut Sniatinum, Zukow, Tlumach, Cesszyszbisz, cui Jacobus Potocius cum Jacobo Koryinski et Szebucio centumq circiter Equitibus se incluserant. Cum quibus aliquamdiu Tartaros velitationibus morati.

tationibus morati, postquam Universi convenissent, obsidione insultationibusq
tam sagittarunt, quam tormentorum, Jancharos enim secum habebat, urge:
re eos cœperunt. Interim tormento e Castello exploso, pulveris tormenta:
rij vas, ipsumq incensum, quo facto equis etiam dimissis maxime
Tartari oppugnare cœpere. Jamq in ingressum Castri irruperant. Poto:
cius igitur cum Szesucio aliisq quos circa se habebat, pugna illis data
per aciem maxime cum iis qui in equis erant, pervasit. Incenderant
simul Tartari Tysmeniciam et Haliciam, in qua Stanislaum Wlodcone
Palat: Belzensem obsederant, oppugnabantq. Re tamen infecta non
exigua cum strage suorum recipere se coacti fuerunt. Indeq Calus:
sia et Dolinia etiam incensis, contra morem suum plures ubiq cœde:
bant homines, quam captos abducebant. Zamoscius transitu illorũ
cognito, cum iis quos extempore colligere poterat, in montibus illis oc:
currere cogitabat. Non exiguamq Copiam iam circa se habebat. Undiq
enim homines ad eum confluebant, inter quos Janussius Zbaravius
Palat: Bracławę non exiguo numero ad eum venerat. Georgius etiã Mni:
szek Palat: Sendomirę et omnes hi circa Samborium per viam Piotrovi:
ensem, quam vulgo vocant, venturos eos existimabant. Inter quos ipse
Zamoscius, qui eodem die Samborium venit, quo Dolinam Tartari in:
cenderant, adq Samborium Castris positis, eo animo ut Zolkievium
cum Exercitu ibi expectaret, Castra munire seq defendere constituerat.
Tartari ad silvam quæ obiecta erat Castra numerant, sed postea debilibq
plerisq iumentis in Castris relictis, vexillisq nonullis ficte disposi:
tis, tacito per noctem se Castris subduxerunt. Ita ut postridie de:
mum de discessu eorum a Nostris cognosceretur. Itaq Drohobiszcium
omnes Zamoscius insecutus fuit. Quo in loco præter Samboriensem
binas vias hostis in Ungariam haberet, unam recte in Ungariam, Mu:
chatium, alteram angustiorem Hustum, ad hanc se convertit, quamvis
impeditissima hæc e tribus esset. Samboriensis omnium latissima, fri:
tissimaq, satis diligenter nostri eos insecuti. Curribus etiam plerisq et
impedimentis abiectis, vel viæ impedimentis, vel Cornissio Ungaro in
silvis ei obiectis alicubi retardatos, assecuturos se eos sperantes. Ve:
rum Tartari et opinione citius per montes evaserant, et impedimen:
ta in montibus silvisq incisione Arborum a Cornissio eis obiecta
facile removerunt. Vinitores enim non paucos coegerant, promittebantque
qui securibus instructis vias illas expeditas reddebant, quos postea vel
mactabant, vel integros etiam, dimittebant. Cyganis autem Ducibus
uti dicebantur, Nostri per Beskie dum eos insecuti, cum in agrum Tran:
silvanicum pervenissent, re tota rectius cognita, alios tanquam ho:
stilibusq in Regno damnis editis persequendos statuentibus, in ple:
na tamen ditione abstinere ab iis visum. Cum in Svecia Rex esset,
paulo ante reditum in Poloniam, Filia Catharina ei nata fuit quæ

primum ibi diem

primum ibi diem vidit, et summum. Sacro tamen Baptismo initiata in Poloniam deportata, Cracoviæ monumentis Regis illata fuit. Rebus Svedicis pro tempore constitutis 10. Augusti Gedanum Rex. rediit. 2. 9bris Cracoviā. Irruptio autem hæc Chami Tartarorum, per fines Pocuciæ et Transilvaniæ in Ungariam, cuius mentio supra facta, ut in Ungaria res Christianorū non mediocriter afflixit, ita in Polonia vane animos hominum affecerat, alij ardere doloremq invidiamq, alij de vindicta in Scythas cogitare eo alios accedere se, nec deerant qui dolore et invidia publica in unicum Zamoscium conversa non tam quod acciderat moleste ferent quam illius in ordinem cogendi tempq se nactos arbitrari potius gauderent maxime autem ex omnibq ipsum Zamoscium Reipub. cura sollicitum habebat. Sed dolorem non ex transitu Tartarorum publice omnibq iniustum non minor cura accedebat, expectatio ex Ungaria reditus ipsius. Nam et ipse Chamus in reditu suo ex Ungaria, in Polonia se hyematurum denuntiarat, et captivi quorum aliqui a Michaele Visniovieccio excepti missi ad eum fuerant ita cum fratrem quē Vicarium Imperij in expeditionem eam profiiscens Poloniæ redeunti, cū iis quas penes ipsum reliquerat Copiis sibi occurreret. Atq ita duplici Exercitu occupatos, anticipitesq nos distinerent. Quod etiam sine indicio perpetuum prædæ ex qua sola se tollerant, undecunq cogendæ coactæq per Turcicos Mercatores distrahendæ institutum illorum facile omnibus persvadebat. Cum tamen apparatum belli Tartarus nullum facere necesse habeat, sed semper paratus suas occasiones expectare, et tum maxime et contra eos potissimum tentare aliquid et possit et soleat, quos a iusto apparatu nudos et destitutos esse sciat, pro certo eum venturum confirmare quis poterat. In incertitudine autem ista voluntatis hostilis. Si Exercitus nihilominus pararetur apparatumq cum hostis elusisset, ex iis quæ antea expertus fuerat, multorum invidiæ atq vocibus obnoxium futurum facile intelligebat qui et frustra homines cum territare novas res tentare, et cum potentiæ suæ, tum aliorum opprimendorum semper Armis succinctum velle incedere, vel sub proximum Tartarorum transitum sparserant eaq maxime re studium curamq hominum de arcendo hoste minuerant, eæq auribus eorum quibus vel tributa in Militem, vel quibq militum stativa non possent non gravia esse. Inter hæc cum versaretur, subq idem tēpus

cum Rex ex Svecia

cum Rex ex Svecia rediisset quam primum eum appulisse cognoverat Joannem Feliem Herburtum in Prussiam ei obviam misit per quem de eis rebus sine mora ad eum referret. Postquam etiam Cracoviam a Rege veniisset, Reynoldo Heydensteinio in aulam misso simul cum Legato etiam Pontificio Epo S. Severi, Germanico Malaspina, Senatoribusq quibusdam communicat quid etiam Summum Pontificem certiore de eis faceret. Demonstratis autem iis, quae supra commemorata sunt, ut grave fortasis aut frustra apparatum facere, esset. Ita multa gravia esse ostendebant imparatum praeda hostis patere, et cum se ipsos, tum quae charissima hominibq esse solent, crudelissimi hostis libidini, ac teterrimae servituti exponere, quorum aliquid vel videre morte ipsa intolerabilius oni: bq esse debeat. Maxime in id incumbebat, ut iam non de propulsando hostè, verum de iniuriis eius ulciscendis, bellogq ultro ei inferendo, cogitationē Rex susciperet. Quem ad modum ei vel omnino malū id non excideretur, vel sibi suisq rebus aliquando timere desinerent. Non modo pacem certa nunquam nos habituros, verum etiam vel in perpetuo apparatu maximo cum sumptu, vel in periculo sine apparatu futuros futurōs. Quorū utrū: vis aut populationes assiduae, vel sine ullo operae pretio, magni sumptus quanto opere, quodvis Regnum exhaurire possint, quem non intelligere. Ut maxime autem a populationibus abstinerent, et gravissimum tamen esse, quantum in nobis esset praeda semper patere. Et eo graviorem etiam e: quidem rei metum, atq periculum, superioribusq quidem annis nonni: hil populationes istas illorum aliquando conquiescisse. Nunc et Duce illis promptissimum accepisse, et ex tertia huius excursionis successu, animi non parum, Jam vero rationem hanc non modo cum Regni huiq salute, verum praesentis etiam temporis Consiliis iuvanda contra barba: ros Christianitatis, maxime coniunctam esse, qua vel iuvari a nobis o: mnino non posset, nisi hostem eum, qui et praesentibus nobis infidelis et in militia profectis Domibus libensq nostris, multo magis etiam metuendus immineret, prius summo vertus, vel satis a Nobis iuva: retur, si Tartarus solus destineretur, haecq quasi dextra ala ab Exer: citu Turcico abscinderetur. Quantum enim, et celeritate et numero a: nimoq valeat, quantumq incommodis plurimis afficere res Christianorū

posset vel praesentis

posset vel præsentis Ungariæ clades satis testari; reversaq ad omnia quæ in hoste spectanda sint, nihil auferri ei aut deesse, nisi quod prædonũ potius quam hostium animos gerant. Magisq ad vastanda quam ad occupanda Regna militia illorum comparata sit. Ac licet tamen Equis fortassis armati sint, plerisq tamen et arma non deesse, et qui eo animo sint quo illo, ut omne periculum atq adeo vitam ipsam pro nihilo ducant satis armatos habendos esse. Quod si in Ungaria illis res successisset, incolumemq Exercitum inde redixissent, nisi expeditione hac et bello præveniantur, gravius etiam fortassis quod verendum esse ne partim fama Virtutis eorum exciti, partim spe prædæ illecti ex remotioribus etiam hordis pleriq illis se se adiungant, omnisq illa ulterior, ab ipsisq Scithiæ montibus, barbaries in Christianitatem paulatim se effundat. Attilianorumq et Batianorum temporum pericula referat. Sub intellexisse se delatam fuisse partem quandam hostis eius distinendi ad ipsum sed et ipsum fere præsidio potius contra Tartaros quorũ incursionibus magis quam priusquam infestare soleret agere. Et consiliũ hoc gratum Regi fuit, cum enim sua sponte et hostis iniuriæ eum moverent, et tam necessario pioq bello maxime ipse etiam operam Christianitati navare cuperet, animum veræ laudis et gloriæ avidissimum, rationes etiam hæ eo magis incenderunt. Præter hæc vero, quod in plerisq magnis bellis accidere solet, idem fere in hoc contra Christianitatẽ in Ungaria a Turcis cœpto evenerat, ut vicinas quoq ditiones omnes partim traheret secum, partim commoveret. Principio Transilvaniæ res turbatæ, cum ab initio belli de excutiendo Imperio Turcico, Societateq contra illum ineunda et a Summo Pontifice Clemente & per Alexandrum Cominæum, et a Rudolpho Cæsare Romano perceptos homines cũ Sigismundo Principe Transilvaniæ communicatum fuerat. Principem et tyrannis Turcica stimulabat, etiam iis quibus maxime commune se præstat intollerabilis et conditiones movebant ex quibus præcipue spes Matrimonij cum Catharina Filia Archiducis Caroli, Sorore Reginæ Poloniæ, tum ius Principis Imperij. Ex Nobilitate et consiliarius ipsius ut authoritate maxime et opibus quisq præstaret, quæ tuti ora putabant malle, a quibus vel inductus, vel etiam difficultate negotij

suscepti ex molle ipsa

suscept et mortis ipsa rerum territus, postquam cum Balthasare Bathoreo Fratre Patruele certis Conditionibus de Imperio tradendo, pensionibusq annus ex eo praestandis transegisset, ipse in Civitatem aliquam Italiae secedere constituerat. Jamq sub idem fere tempus quo Chamus per Praefecturam Ustensem in Ungariam penetrarat, eo consilio iterum ingressus fuerat, eodemq tempore Conventus Provincialium habebat; Discessu eius req tota a Boscaro Avunculo eius, caeterisq qui ignarie ius consily erant cognita, atq Ordines deducta, et Avunculi authoritate, et publico Provinciae decreto, ex itinere revocatus rediit. Jamq satis ad Imperium retinendum animi, atq offensione omni primum dissimulata, comiterq omnibus habitis. Cum interim Saulos Genus hominum montanum, et in armis natum evocasset praesidiaq alia necessaria disposuisset, die Festa primarij quiq ad deducendum Principem praesto adesse iussi. Ex quibus in Atrio dum Princeps progrederetur praestolabantur. In primis Balthasar Bathoreus, Alexander Kendi Volfangus Covaciore Cancellarius, Joannes Bersnomissa qui in Stephani Regis omnibus fere belli Ordines inter Hungaros duxerat primaeq virtutis Praefectus habitus fuerat, et nonulli alij omnes affinitatibus inter se devincti opibusq et authoritate Provinciae eius facile primi comprehensi, primumq in diversas custodias distributi fuere. Postridie Alexander Kendius publice supplicio affectus, bonum etiam Maij in publicum redacta, reliqui in praesidia singula distributi quibus haud multo post ipsi etiam vivere desierunt. Bona eorum similiter publicata. Stephanus Bathoreus, Germanus Frater Balthasaris, cum ab Aula tum abesset, sub primum Nuntium Aliorum comprehensorum, in Caesarea ditionis Ungaria, ad propinquos, inde ad Andream Cardinalem Fratrem in Poloniam evaserat. Nuntius rei in Transilvania gestae, mortisq aliorum adventum ipsius perverterat, qui cum omnium animos commovisset, tum maxime Cardinalem eo dolor provexit, ut publice gravissimis verbis ad Regem et Senatores, qui tum ad Regem Cracoviam convenerant, rem deferret, literas decedendo fratri suo Balthasari Principatu, manu Principis subscriptas publice recitaret, Principem gravissime accusaret. Aliquoties deinde

cum summi Pontificis

cum Summi Pontificis nomine, tum ab Aliis frustra reconciliatione tentata, tandem ipse quoq una cum Fratre suo Stephano a Principe proscriptus, possessionesq eorum, quas in Transilvania habebant occupata. Item Camulcus, cuius opera ad Transilvaniæ Principem Sum: Pontif: utebatur, utriusq Valachiæ Palatinum sollicitabat, quarum ulteriori, quæ ad Constantinopolim propius spectat Michael Borscius Rami filius, altori huic Poloniæ coniunctæ Aaron quidam præerat: utrumq enim tam voluntas coniungendi periculi, quod maximum se subire intelligebat quam necessitas stimulabat. Quod enim maximis verbis apud Mercatores factis Imperium ab Aula Turcica enervunt, maius tributum e Provinciis iis promisissent, quam præstare ullo modo possent, cum quauung vatione perendum sibi intelligerent, quanam potissimum perirent non multum quidem sua interesse putabant. Ut tamen rebus novatis honeste potius perirent optandum illis videbatur. Quod tamen grauior propigris periculi metus anticipites. haberet neutri parti adhuc se aperiebant. Stag cum Chamus Tartarorum sub idem tempus Danubium transmisisset pergq ditiones Turcicas in Ungariam se iturum ostentasset, et lautia iis Incolis perquæ iturus erat illi parata, et cum subito postea in Pokuciam iter convertisset 30000. talerorum ut sine malefitio transiret placatus ab Aarone fuerat. Inducq a quibusdam et spe auxiliorum Principibus Transilvaniæ et Valachiæ, pecuniaq aliqua a Comulco accepta. Nicolaus Zolkievius Præfectus Snitiæ. qui iuventutem omnem Tartaricam in Ungaria esse existimabat. Si Cosacos sibi adiunxisset, privatoq sumptu Equestres Copias aliquas conscripsisset desertas ab illis sedes occupave, et cum eorum iniurias ulciscitum perpetuam sibi nominis famam comparare posse vatus ut ad alios Senatores plerosq ita maxime ad Zamoscium ut qui in Imperio militari præesset ea de re retulerat, Zamoscius et si non modo magnam minimeq privatorum opum rem esse videret, et huiusmodi quine Regij quidem arbitrij sed tota in Ordinum potestate esset. Ut tamen et Aliorum Senatorum arbitrio quod e Repub maxime sore arbitraretur, statueret ei permittebat. Ita cum ille magnam partem fortunarum suarum in eam rem profudisset; tandem a Cosacis qui non hostem sed prædam quærerent tempus idoneum in Tartariam tendendi effluxisse causantibus desertus fuit. Anticipitem vero Aaronem non multo post Cosaci etiam prætervectum quibus ut supra ostensum est

pra ostensum est Chlopicius pdauniam a Cesare attulerat, et Vexillum Cesareum, cuius auspicijs ditiones Turcicas ex hac parte adoriretur. Absente omnia hæc in Svecia Rege fiebant quo peioris exempli res videri, inconsultis Regni Ordinibus privata authoritate militem in alieno Regno authoritati belli paucis cum vicinis turbandæ arbitrium quenqm sibi sumere. Eterna denig Signa eternum Imperium inter fines Regni volitare. Itaq cum aliquanto ante transitum Tartarorum Conventus Senatorum habitus Varsaviæ fuit, cura earum mittendarum ab Archiepiscopo susceptæ causa omnis in Chlopicium a Cesare translata, per Cosacos liberos homines esse ostendisset, neq quidquá cum Regno commune habere. Cosaci nihilominus ductu Loboda, Valachiam sub signis Cesareis ingrediuntur, Nestrum infra Sorokam transmittunt: Aaron adventu illorum cognito, Jassium sede Principum Valachiæ vacua obviam illis progreditur. Cosaci Oppido Cecora, in citeriore ripa existo, cum e superiore loco tormentis eum petere cepissent. Aaron ad fines Moldaviæ profugit. Cosaci transmisso Pruto, Jassium subinde invadunt, Regiam ipsam incendunt, Oppidum diripiunt, mox inverso itinere Villas, Oppidaq oppugnantes, et obvia quæq rapientes, igni et ferro sævientes se recipiunt. Ab eoq tempore iam intra fines Regni prædas agere instituunt. Cumq non modo qui ex Nobilitate fortunisq lapsi, vel proscripti vel rei Capitalis damnati, vel etiam inimicitias quas ulcisci vellent, haberent, sed promiscue Servitia, diam rusticana ad illos confugerent, hisq maxime ducentibus ad ædes possessionesq privatas Nobilium diriperet, ut quisq gravem maxime Dominum sibi dixerat, ita crudelissime in eum sævire, ut et equis in diversas partes incitatis quendam discerperent, et nonnulla alia inaudita crudelitatis exempla in plerosq ederent. Non multo autem post quam Cracoviam Rex venisset. Nuntius Sauvini amissi 27 Novembris allatus gravissime animos omnium percutit. Senatum sub id tempus Rex habebat, cum literæ cladis eius Nuncio in ipsú Senatum allato, lectaq, tantum in animis omnium dolorem tantas lachrimas concitarunt, ut non præsidium aliquod Ungaria sed Suburbium Cracoviense amissum videretur, publicæq supplicationes ac deprecationes ad Deum eo nomine habitæ. De Hadoche, qui præsidium

contra fidem datam

contra fidem datam dedisset, supplicium sumptum. Turcæ per Danubium pontem iecerant, cui rei tanquam ita provisæ, cum Archidux Mathias cessisset, Castra Christianorum impetu eo capta fuerant. Jam Autumno vertente Tartarorum ex Ungaria reditus expectabat. Itaq cum iussu Regio, ex quartanna eius anni pecunia quantuscunq Exercitus confici poterat, Zamoscius scripsisset, etiam domo movisset. Taurini amissi allatum Nuntium, tanto magis curam finium tuendorum suscepit, qua perrupturus hostis esset, ut rem quæ ipsius, consilij, ac potestatis tota intanta præsertim finium longitudine esset, non modo scire, verum conijcere etiam erat. Ad Lustowcam tamen pagum Exercitum constituit. Locus is est confinium montium Hungariæ Russiæq eo autem situ, ut media quasi inter vias, quæ maxime hosti commodæ viderentur, ultra Exercitum, quē non magnum Zamoscius habebat, Rex etiam comitatum aulicum suum et peditatum miserat Nicolao Zebrzydovio Palat: Lublinę Cracoviæ Capitaneo Alexandro Koniecpolski Vielunę Capitanę. Iis Præfectus Zebrzydovius cum peditatu media inter Cracoviam et Lastkowkam via substiterat, ut in quam partem hostis irrupisset ad eā coniungere cum Exercitu se posset. Ad eos Præfecti Regni non pauci eq primariis Familiis, ut ad incendium publicum, extinguendum literis Regiis evocati, amore etiam Patriæ incensi non contemnenda cum manu confluxerant, ita ut iustus Exercitus conficeretur. Inter quos maxime in Signis Comitatus Ducis Ostrogiæ Palatini Kiiovę erat, qui cum Filio iuniore Palatino Voliniæ ultra duo millia Equitum habebat: Palat: Bracławę Zbarascius ad 500 homines. Palat: Podolienę Dux Zasławę ad 400. Hieronimus Mielecius Præfectus Sendomirę cum Georgio Mniszek Palat: Sendomirę sub uno signo 400 circiter Equitum quibus Nicolaus Ostrorog et Joannes Lipsius de Goraij præerant. Lublinensium ad 100 Adamo Gorayscio Præfecto Podolienę Leopolienę ex Aliis Palatinatibus Russiæ non pauci Lastkowkam in dies fere ad progressus consiliaq hostis cognoscenda exploratores per Hungariam dimittere accipereq. Exitus hic fuit ut Tartarus cum diu in Vicinis locis hæsisset, omnesq aditus explorasset fama Exercitus cognita, quamvis

citus cognita, quamvis longissimo habitu capto, per Turcicas ditiones domum se reciperet, Zamoscius autem cum in montibus suapte natura asperrimis iniquissimo anni tempore in Mensem usq Jun: hostem frustra expectasset, tandem ad Comitia quæ sua sponte et tempus legitimū et Reipub. difficultates viciniq periculi cura efflagitabant, tanto magis etiam accelerarunt.

Sub idem tempus Joannes Casimirus Electoris Brandeburgæ Principis Filius, Filiam ægri in Prussia Ducis Familiæ itidem Brandeburgensis in matrimonium duxit. Nuptiæ Regiomonti celebratæ fuere. Rex Stanislaum Cicovium Succamerarium Cracov. pro Legato ad eas miserat. Non magna res est, sed tamen inter Principes æmulatio hæc frequens. Erat et Daniæ Regis Legatus, cum Cicovius Die Dominico una cum Cæsareo Legato Sponsam ad ritus solennes deduxisset, primumq locum post Legatum Cæsareum tenuisset, Danicus Legatus postridie primum se locum obtenturū ratus, postquam opinio ea illum fefellisset, solenni etiam mensa quæ prohibita ei fuit accubuit.

Anno 1596. Die 29 Januar. iam ineunte incendio in Arce Cracoviæ ortum, tectum pedis pullini, ut vulgo vocant, aciesq ista Arcis exusta, verum brevi in meliorem formam a Rege omnia restituta, æneoq tecto cooperta fuere. Indicta fuerunt Comitia ante diem 1 Mensis Februar. Cracov. postulante quidem id ut videbatur vicino periculo Minoris Poloniæ non sine offensione tamen Maioris Poloniæ et Lithvaniæ. Non multum post Regis reditum Danielem Principē ad Regem Cæsar miserat, qui et reditum ex Paterno Regno Sveciæ ei gratularetur, et ad Societatem belli contra Turcam eum invitaret, magis ut deliberaret. Interim hac de re ad Comitia, quam nunc de ea statueret de qua nisi in Comitiis statui posse constaret, ad quæ maiorem legationem missurus esset. Per eandem legationem querelæ Aaronis de iniuriis Cosacorum delatæ, demonstratum non minores in Regni viscera ab illis profectas. Utrumq autem seu causam, seu fontem authoramentum esse Cæsareum. Iam Comitia haberi cœpta, et quamvis non pauca erant, partim vetera, partim nova quæ in deliberationem veniebant, præcipuum tamen eorum quasi caput omnes sibi proponere. Cum pericula quæ a vicinis hostibus Regno imminere viderentur,

tum Societatem

tum Societatem cum Aliis Principibus Christianis, cuius constituendæ cau
sa legationem se ad Comitia missum iam ante Cæsar ostenderat, quod cum
in magna omnium expectatione esset. Medio tandem Comitiorum tempore
exacto Stanislaus Pawlovius Epus Olomucensis et Berka Marschalcus Bo:
hemiæ a Cæsare venerant. Interim tamen Nuntius Summi Pontificis Ger:
manicus Malaspina Regem Senatoresq appellando, partim admonendo qui
bus de rebus agendum esset ut etiam ante adventum eorum Consilia de
fœdere illo haberentur, studio ac diligentia perfecerat. Tam Senatus quã
quam Nuntij Nobilitatis in diversas sententias distracti erant, alij omni
no fœdus recusare cum periculi magnitudine demonstranda, tum exemplo
non modo Sigismundi Primi, qui vel in Filiæ periculo et causa, publicam
tamen Regni salutem et tranquilitatem privato dolori posthabuisset.
Verum etiam Maximiliani Cæsaris qui in victoria ad Echinades Princi:
pum Confœderatorum, pacem tamen cum Turca tunc habebat, sanctis:
simè diligentissimèq tutatus fuisset. Qui societatem svadebant, inconstã:
tiam amicitiæ Turcicæ, omnia Regna Christiana occupandi libidinem, cõ:
mune totius Christianitatis periculum, recentissimas deniq iniurias tran:
situs Tartarici demonstrabant. Alij sine mentione fœderis, præsidia qui:
bus in omnem eventum Respub. se tueretur decernebant. Alij ita fœ:
dus svadebant ut certis tamen Conditionibus id statueretur, quibus et
ratio certa eis definiretur, et cum ipsius certitudini fœderis, tum Regni
securitati quam fieri eius posset prospiceretur. In eam Sententiam Zamo:
scius etiam maxime inter alios incumbebat, simul in omnem Eventum
iusta præsidia decernenda censebant, quibus vel in societatem illam de:
scenderetur, si conditiones coirent, vel si minus de illa conveniret, armata
Respub. alibi tamen et Christianitati operam aliquam navare posset
et simul suas iniurias ulcisci. Sive etiam pax cum Turca retinenda esset,
eo æquiorem teneretur, quo magis pacis et belli arbitrium sua potestate
haberet. Dum hæc Consiliis Senatus et Nuntiorum Nobilitatis agitan:
tur. Legati Cæsarei quemadmodum ostensum est adveniunt. Perfidiam,
crudelitatem serpentemq per omnia Regna potentiam hostis, aliaq Im:
perio Turcico ab omnibus obiectari solita demonstrando, ad socianda
arma Regem Ordinesq invitabant, sine ullius fere alterius conditionis
mentione, quam quod sine Rege Regnoq pacem cum hoste nullam se facturos
promitterent. Re in Senatu primum agitata, delegati primores ex Senatu
qui hisce de rebus cum Legatis agerent. Episcopus Georgius Radivilg Car
dinalis Epus Cracoviens Hieronimus Rozrazevius Kuiaviens. Bernar:
dus Maciciovius Luceorg. Laurentius Goslicius Premisliensis Episcopi. Janus:
sius Dux Ostrogiæ Castell: Cracovg. Nicolaus Firleij Palat: Cracoviensis

Nicolaus Zebrzydovius

Nicolaus Zebrzydovius Lublinę. Nicolaus Christophorus Radivilus Trocensis Palatini. Ex Magistratibus Joannes Zamoscius Poloniæ Leo Sapiecha Lithvaniæ Cancellarius, Joannes Tarnovius Regni, Gabriel Woyna Lithv: Vice Cancellarius. Interrogati ab his Legati, quæ mandata quasq conditiones Societatis afferrent. Societatem petitum missos se ostendere, quidquid autem promissum receptumq a se esset Cæsarem ratũ habiturum, instrumento mandati sui comprobare se paratos esse. Demonstratum primo fuit diversam rationem Regni huius, atq Aliorum Principum et Regnorum Christianitatis esse. Alios enim fortassis, vel quod remotiores a finibus Turcicis sint sine periculo sui iuvare Cæsarem haut posse huic Regno neq necessitatem ullam belli adhuc incumbere, cum a tot sæculis pacem a se transmissam, et si proximo transitu Tartarorum aliisq iniuriis nonnullis aliquantum violatum, tamen facile retineri posse. Semel autem sublata maius periculum suscipere quam ullũ aliud Regnum Christianitatis. Nam non modo Turcarum potentia sua omnibus Regni Christianitatis gravem vicinum habere. Verum etiã Tartaros, qui et sua sponte, et Turcarum iussu perpetuis incursionibq vexare Regnum possint. Quemadmodum enim præ cæteris Regnis in discrimen res suas adduceret. Ita utiliorem etiam fortassis operam Christianitati præstari posse, quam aliquam aliam, non modo quod et maxime vicinum ditionibus Turcicis sit et ab hac parte ut Danubij quidẽ transitus non facilis sit, reliqua tamen vel ad ipsam Constantinopolim nuda fere atq aperta pleraq sint, ita ut nullibi facilior ad ipsa Imperij Turcici penetralia aditus sit, quam hinc. Verum etiam quod Equitatum quo maxime inferior hoste eo esse videretur Christianitas, et talem præsertim quo simili fere quo hostis armorum genere utatur. Maiorem etiam quam aliud aliquod Regnum conferre in bellum possit. Quarum rerum ut ratio habenda non esset in omnibus tamen societatibus, quæ æquo iure constituerentur æquissimum illud esse ut et utriusq partis securitati tum ipsius fœderis firmitati prospiceretur, et ita in communes vires conferrentur, ut quare alteratri ex sociis inferiores essent, et ab illis qui illa abundarent sublevarentur. Neq fortassis hoc Regnum pecuniosum esse, Virorum et equorũ quibus maxime bellum hoc opus habeat, non contemnendas vires in societatem conferre posse, quibus si adiuvare rem Christianam deberet, quidquid ultra eum numerum, qui Conditionibus Societatis in Regnum hoc describeretur, auxiliorum præstaret ut totius Societatis stipendiis mereret æquum esse postulatum tandem ut de singulis nominatim ageretur, relata re ad Regem, Capita certa Conditionum conscripta

priusq remotis arbi:

priusq remotis arbitris cum Nuntiis etiam Nobilitatis communicata fuerunt. Permissum ab illis fuit, ut cum Legatis Cæsareis ita communicarentur, ut omnia nihilominus integra essent. Capita hæc fere fuerunt. Ex Sociis belli, quæ cuiusq vires, quæ genera Militum, quot nimirum Equites et quo genere armorum, quot pedites, qui Duces, qui apparatus belli futuri essent, quis belli gerendi modus, quæ sedes, locus, tempus conveniendi, quæ partes authoritasq Regia, si Rex ipse in expeditionem veniat, absente Rege, quæ Summi Præfecti Cæsarei potestas, quæ Polonici, quæ Aliorum. Ac si quando in Consiliis aliquando inter se dissentirent, quæ definiendi ratio, qui Juris modus reddendi in Controversis inter homines diversarum nationum futurus esset. Commeatus pretiumq eius. Polonicus Miles et Ungaricus, cum expeditiores sint, et eadem fere cum hoste armatura, ut prima agmina ducerent: de stipendiis in tam numerosum Exercitum Nostrum, partim supplendis, partim propagandis de præmiis belli, maxime vero utraq Valachia vicinisq locis ad Pontum Euxinum, ut quæ non modo coniuncta cum hoc Regno esset, verum Juris eius antiquitus fuisset. De tempore Societatis ut perpetua esset, pacemq tam ipsi Principes consociati quam Regna dititionesq eorum inter se colerent, tum alios etiã Principes Christianos ac Respub. ad Societatem invitarent, ut pristina pacta fœdera ac transactiones ratæ essent, neq Societate hac aliquem ex Sociis sive ipsum aut Regna Provinciasq consociatas quocũq etiam Juris vel alio prætextu velo lacesseret, aut turbaret aut subditi ipsi ab aliquo defuerent. Reliqua Societas omnibus viribus bona fide huiusmodi Principi Regno Provinciæ opem ferret, ac non modo sociata Regna Provincias Principatus turbari non pateretur, sed nec hostile aliquid tentantes turbantesq aut perduelles reciperet transitumve illis præberet, obsisteretq. ultimum quod requirebatur modus certitudinis omnium harum rerum fuit. Quibus de Rebus cum singulatim a singulis ageretur, tandem Legati Nuntio maxime Summi Pontificis diligenter monente omnibus de rebus et se interponente scripto ipsi etiam suam sententiam ostenderunt. Ducem a Cæsare delectum Comitem Malfensdina, operam præterea dare, ut quicunq Germani Duces egressi reliqui essent acciret. Itidem Summi Pontificis cæterorumq Principum Italiæ Copiis strenuos et peritos Duces præfuturos. De modo belli gerendi in re præsenti et communicansilio ut aliorum ita

lio ut aliorum ita Polonorum etiam Ducum, maxime autem Zamoscij statum iri. Sedem belli Hungariam, tempus conveniendi, quod primum esse posset delectum. Cætera Consilia ex hostis deliberatione, et temporibus optanda. Ad vires quod pertineret, ultra Transilvanicas et Valachicas Cæsarem ipsum 80000. tam Equitum quam Peditum in Armis habiturum, quos nominatim aut Equitum, quos Peditum numerus futurus esset, compertum se non habere. Sed cum benevolentia Cæsaris in Regem illi perspectu esset, vix non exploratum sibi esse, si uterq in expeditionem eant, æquale imperium permissum illi iri, quale Imperator ipse habeat. Quod si Cæsar abesset, etiam Summum totius Exercitus, de aliis rebus videndum esse qua authoritate antea in huiusmodi Expeditionibus uti soliti fuerunt sperare se non modo eandē, sed fortassis vel meliorem, nunc etiam tributum illis iri. Ad dissensiones tollendas si quæ existerent, Summi Pontificis ministros qui in Exercitu futuri essent, et authoritatem proponebant neq alias etiā rationes defuturas. De Commeatu satisfacturum iri nostris promittebant. Primum etiam agmen quemadmodum postularetur permittebāt. De stipendiis Sumptus Cæsaris, quos immensos faceret ostendebant, non tamen recusaturum, quin aliquid conferret. De quantitate nihil certi se mandati habere, cum Cæsar ipse statuere eadere non posset, ut qui partim a viribus Cæsaris, partim Regni huius necessitatibus penderet. In præmiis belli non dubium esse satisfactum Polonis iri, quorum tantam virtutē et fortitudinem certitudinis rerum harum Regem ipsum Ordinesq proponere debere. Ad se quod pertineret. Ad omnem cautionem præstandam paratos esse. Præterea Summum Pontificem, Imperium et omnes Confœderatos fidem suam pro Cæsare / interposituros. Itidem Regnum hoc operā dare debere, ut iidem Principes pro se quisq respondeāt. In securitatis Conditiones hasce proponere, ut non modo pax sed ne tractatio quidem pacis sine Consensu Regni huius unquam suscipiatur. ut fœdus hoc vel perpetuum sit, vel ad id tempus quod Regno visum fuerit, ut fœdere hoc manente bellum Regi, aut quibuscunq ditionibus eius, vel a Turca vel a quocunq alio, nemine excepto illatum communibus viribus tam Cæsaris quam Aliorum Confœderatorum propulsetur. Maxime duabus de rebus agebatur, de forma fœderis, Confœderatis viribusq eorum, quo uno et securitas belli eius suscipiendi quam ratione provideri posset. Et certitudo Societatis eiusdem maxime contineri videbatur. Altera de stipendiis in Exercitum Polo-

dus in Exercitum Polonicum, sine quibus exsolis tributis, tam numerosũ Exercitum, qualem bellum id requireret, difficile educere esset. Destipendus, vel una vel parva ad modum spes erat. Cum ipsius Cæsaris difficultates non parvas nec paucas ostenderent. Fœdus ex parte Regni, tale maxime postulabatur. In quo inprimis Romanum Imperium esset, et eius in vicinitate Principes, et nonnullis etiam beneficiis communicati antiquã cum Regno necessitudinem constitutam haberent. Sed cum Regibus etiam nostris multis affinitatibus coniuncti essent. Secundum Imperij Principes, maxime summus Pontifex Hispaniarum Rex et Itali Principes spectabantur. De Venetis et Moschis ad idem fœdus coniungendis, non ita quidem flagitabatur, ut sine iis fœdus recusaretur, sed tamen ut de iis quoq; omnis opera daretur proponebatur. Quod enim cum cohorte res esset, qui non ex unius, sed multorum Regnorum ruinis summam potentiam comparasset, neq; temere aliquid iustis viribus non antea comparatis contra eum tentandum, neq; unius alterius q; populi vivium id esse videri. Nihil certe de tali fœdere a Legatis proponi ostendere, quod ad Imperiũ aliorum q; Imperij Socios pertineret, nullo cum illis fœdere opus esse cum Imperatoris authoritatem, cuius Maiestatem colerent, etiam sine fœdere segui teneerentur. De Summi autem Pontificis, Regis Hispaniarum aliisq; qui subiecti Imperio non essent, interim disputare. Satis fortasis esse, ut sine certo fœdere, auxilia quod futuri essent præstarent, quam Confœderati in partem Victoriæ ac prædæ ipsi quoq; venirent. Simul spes de Mosche, Persis, aliisq; remotioribus Imperiis, tum Transilvania Valachia, Moldavia defectionem ostentare. Ad extremum satis Regno huic esse debere, si cautio detur, nullam pacem, neq; pacis transactionem a Confœderatis susceptã ivi, Auxiliaq; quæ Cæsari dentur certa esse, et ad finem usq; belli non denegatum ivi. Rigores Poloniam alioquin vicissim postulent, semper iisdẽ præsto futura, tandem omnia quæ supra commemorata essent, tam Principes Imperij quã ditiones Cæsari subiecta, una cum aliis Confœderatis confirmaret, quod ita se fore pollicitus ostendebant. Nã satis hæc certa vel firma Ordinibus videri. Itaq; cum et seni us Legati venissent, et his ea de rebus, de quibus mandata certe non haberent, ad Cæsarem sibi referendũ esse ostenderent. Interim legitima dies Comitiorum exiit. Sub ipsũ etiam exitum Comitiorum responsum a Cæsare allatum, secreto quidem habitum cum Rege tamen communicatum fuit. De quo huiusmodi fœdere, nisi re prius ad Ordines Imperij relata nihil statui posse Cæsar ipse ostendebat. Interim a Collegio etiam Legatorum Nobilitatis variæ

difficultates intervenere.

difficultates intervenere. In primis de Religione dissentientes confœderationem seu modum exequendæ eius agere nihilq se omnino posse servi passuros ostendere, nisi prius idoneæ securitati illorum provisum esset. Non minus difficultatis Lithvani obiciebant, qui et superioris anni tributum retinuerunt, et nunc recusabant, nisi qui coppovis ex eis prius Vilnæ illis daretur? Regni Ordines contra tendebant, non modo quod dignitates Ecclesiasticas, promiscuè utrobiq sive Polonicas sive Lithvanæ Gentis hominibus, dum modo Nobiles alterutrius Nationis essent conferri posse demonstravent. Verum cum etiam Episcopatus Cracoviæ totius Regni amplissimus Lithvanicæ Nationis Senatori collocatus esset, neq exemplo tot aliorum Episcopatuum Regni, ius cum Lithvania, quæ duos solos Episcopatus habent communicaretur, iniquissime recusari id censebant, non deerant præterea hos qui ex pristino studio partium Archiducis Maximiliani privatim magis eius signati, ac potentiæ, quam fœderi cum Universa Domo Austriaca et Christianitati studere putarentur. Quod enim inerebuerat Maximiliano apud Cæsarem laborare, ut ipse Exercitui cum Imperio in Ungaria præesset, a Cæsare autem maxime expectatione Societatis Polonicæ ei negari, cuius spes si sublata esset, nullâ causam fore quo minus Imperio militari ille potiretur? Ex instituto etiam contra dicere aliqui Societati ipsi putabantur? O quam difficultatem cum istis Comitiis maxime propter temporis etiam brevitatem vix quidquam statui posse apparuerat, relatum ad Collegium Legatorum, ut voluntate eorum certa delegatis potestas daretur, quæ etiam extra Comitia de bello Turcico, fœdereq cum Principibus Christianis agere, publicaq authoritate de eo constituere possent. Responsum per Marschalcum Collegij Carnicium Judicem Siradiensem in absolutam potestatem se consentire negare, ut vel Senatui Universo, vel certis ex Senatu negotium daret, petierunt, qui una cum Delegatis ex Collegio Nuntiorum rem discepta scripto comprehenderent, qui et usui Regis Regnique essent, quique mutuis in Societate ea præstare deberent habita ratione et Regni vitium, et de gravioris oneris aliquid ab iis a quibus missa essent imponeretur? Quod cum factum esset, ex tempore Consilium capturos. Conjuncta cum responso ea a Nuntiis postulatio Estonicæ fuit, verum quas in Livonia Superiore Anno Rex profecturus, usus sui causa ex thesauro sumpserat, ut ex Inventario in thesaurum referrentur? Maxime vero cautio pacis interdissidentes de Religione et totius Collegij Sententia proposita. Postulatum ut dividi pastu-

lata permitterent

lata permitterent, separatimq; prius de Estonia ostenderetur. Quo concesso obtentum, ut certis de causis hisce Comitiis Estoniæ mentio omitteretur. De thesauro satis factum. Dissidentibus de Religione talis legis spes facta, quali sub discessum Regis proximum in Svecia expressa mentione Religionis omnis vis et iniuria in Universum ad sequentia Comitia prohibita cer: taq; sanctione, tranquillitas munita fuerat. Cui rogationi cum postea Episcopi nomine Cleri intercessissent, alia negotia publica vel impedita fere ea: am ob causam, a diversæ Religionis hominibus, vel non satis prompte cura: ta fuerant. Ad Lithuanos plaudos Conventus proponebatur, ex cuius au: thoritate et assensu Episcopum illis Rex edoret controversiæ illi finem impo: neret. Sed cum si ad Conventum res differetur, maioribus potius aut novis turbis materiam præbitum iri, plerique existimarent, illa quoq; res in suspe: so relicta.

Mandata interim iri quæ de Societate cum Principibus Christianis tractare: tur a Delegatis utriusq; Ordine conscripta. Capita illorum illa fere erant, quæ supra Legatis Cæsareis proposita, quorum alia partim ad securita: tem pertinebant, ut non modo omnibus, sed iustis etiam Viribus, si non Uni: versa, tamen saltim pars Principum Christianorum vem aggrederetur, partim ad rationem belli gerendi, partim ipsius Societatis, et qua quod ab uno quoq; in Societatem eam conferri deberet, describeretur. De præmiis in Universum quidem cautum, ne deteriori conditione hoc Regnum esset, quam Alij Confœderati. Nominatim autem de iis hoc ante alios iure ad se pertinere existimaret. Ut inprimis Valachia utraq; Provinciis ac Ci: vitatibus, circa Pontum Euxinum ad Valachiam pertinentibus. Præterea cum tempore D. memoriæ Sigismundi Aug. Reipub. nomine. Venetæ navigatio proposita fuisset, quâ frumentum aliaq; merces, quæ a Regno hoc exportabantur, per Pontum Euxinum, Fretumq; Constantinopolita: num Venetias atq; in Italiam importarentur, a Turcis autem impedita ea hactenus fuisset. Nominatim adiectum, ut si successum Deus Christi: anis tribuere, in omnes partes libera et tuta, absq; omni vectigali immu: nis navigatio illæc esset, certusq; ac firmus eius modus definiretur. Iura: mentum etiam in transactionem Bendsinensem ab Archiduce Maximili: ano et Ordinibus Ungariæ ad hoc tempus nondum præstitum, vel inprimis postulatum. Quod enim post tempore Vladislaviana ordo Nominis Poloni: a contumelioso nonnulla leges in gentem Polonicam lata in Ungaria dice rentur. Si ad Societatem eam descendendum esset ut ea quoq; abrogarentur flagitatum. Ratio primitatis fœderis huius ea proposita, ut de quibus con: veniisset, ea inprimis a summo Pontifice scripto, et cæteris omnibus Confœde:

ratis iuramento etiam

vatis iuramento etiam a Sacro Cardinlg. Collegio, Cæsare, Electoribus, cæteris q Ordinibus Imperij tum Rege Hispan. ac Principibus Italiæ. Exparte autem Regni a Rege Delegatis q et Senatu et Equestri Ordine sanciretur. Cumq de aliis rebus convenire non posset, de societate illa lex probata, qua et Delegatis facultas cum Cæsareis Aliorumq Principum, maxime autem Imperij Legatis, de communi Consilio si illis ita visum esset, tempore et loco certo congrediendi, deq societate ea secundum Conditiones iis præscripta agendi data fuit. Ubi Regi postquam illi qui ejussent renuntiassent, de hac sola re Comitijs extra Ordinem dictis, et Conventibus solennibus prætermissis, in duas solas septimanas induendi. Mandatorum Delegationis eius certa exempla confecta, quorum unum apud Principem Delegationis esset. Eadem lege tributum in omnes Reipub. casus decretum. Sed et non parva Sententiarum varietate, privatis causis dissensionum, quæ supra commemorata sunt, in varias partes consilia publica, et animos distrahentibus, neq ad extremum etiam ab omnibus Valachis, Maioris Poloniæ Prussicis, et nonullis aliis totam rem ad suos deferentibus. Maxime Maiores Poloni, quibus diserte nenullum aliud subsidium Reipub. quam publicam expeditionem accipere mandatum fuerat. De Nouitu tamen qui futurus esset, per Joannem Srosconium Scribam Leopolg. qui et Palatinatu Russiæ Legatus tum erat, publice nomine postulatum, ut non modo non intra fines Regni tanto cum incommodo Nobilitatis, verum nominatim in Valachia haberetur. In iisdem Comitijs in Pedanenses partim facta iudicia, partim decreta, quemadmodum supra commemoratū est. Cum in Prussiam Rex iret, aliquot q septimanis Classis præparata, et venti opportuni expectationem morarentur, paulo ante discessum ipsiq cum ab Haydone seu famulo quodam Aulico homo de plebe pulsatus, vulneratusq esset, ad clamoresq ab utraq parte tam ab Oppidanis, quam a Regijs concursum ad Arma fuit. In turba ab utriq et non pauci interfecti et plures vulnerati fuerunt, et in ipsas ædes Regias, in quibus Rex versabatur, globi aliquot emissi, ægre tandem tumultus sedatq, utrumq satis constabant, et fortuito magis et Magistratum non modo authorem eius non fuisse, verum cum periculo fere suo furenti plebi se obiecisse. Quod tamen non modo in conspectu Regis seditio edita facta, sed ipsius etiam Regis vita et salus appetita videretur et atrox inprimis res ut erat, et minime negligenda visu. Quam ob causam cum in solennibus Conventibus, quæ Comitia antecedunt, proponenda eam Rei rem Nobilitati indicasset. Nullus omnino Conventus fuit, qui non authores eius inquirendos

res eius inquirendos, gravissimeq puniendos censeret. Quorum mitissima sententia erat, ut exemplo D. Sigismundi Aug. deprecatione publica et mulcta Maiestati Imperij satisfieret censuere. Ita ad Comitia res delata, cum in Senatu iactata fuisset, primum non satis quidem illud probare, quod res quae iure expedienda esset, et in potestate Regis esse debebat, ad privatos Conventus delata, inq Civitatem subiectam, in qua iure agendum esset, quasi in externum hostem concitata Nobilitas videretur, ut autem in iudicium res remissa, alia illorum causa erat, ut de templo primario seu Parochiali, cuius ius Patronatus cum Rex Casimirus Privilegio suo quo uno post Imperium Cruciferorum excessu maxime Status Civitatis atq omne eius fortunae fundatae sunt, diserte sibi successionibusq suis excepisset, illi ab institutis Christianis maiorumq tempestate illa impietatis haereticae, ipsi quoq abrepti temporibus Sigismundi Augusti per negligentiam Episcoporum quorundam primum possessiones, redditusq templi, tum ipsum templum paulatim usurpare caeperunt, post mortem verò Augusti usum etiam totius templi maiusq altare quod tanquā Iuris Regij integre ad mortem eius reservatum fuerat, ipsum quoq profanarunt, ut totius iam templi possessionem occuparent. Successionis Marzemburgensis tempore cum libertatem Religionis obtinuissent, eaq literis Stephani Regis iis confirmata fuisset, in eandem confirmationem etiam templorum omnium redditumq ad templa pertinentium rerum, quae in potestate Regis non modo non essent, verum quarum commercium plane nullum esse posset, mentio irrepserat, cum clausula tamen quam ea sola Iura, quae legitime obtinuisset possiderentq eis confirmarentur. Eo deniq exemplo intercedente quidem attestationesq interponente Epo Vladislaviensi sub initia Imperij Sigism: 3tii Confirmatio Iurium illis edita fuerat. Episcopus Vladislaviae non modo quemadmodum ostensum est semper Ius Ecclesiae praestando integrum conservarat, sed etiam ab initio Episcopatus sui id repetierat re diu ducta cum Gedani Rex esset tandem iudicio Regio restitutio decreta illi fuerat. A quo cum Gedanenses ad Comitia appellationem interposuissent, ea negata illi, nihilominus exclusionem non admittere, perq libellos et appellationem prosequi et Epum ipsum ad Comitia omniumq Ordinum iudicium evocare. Non paucis cum ex Senatu, tum ex Equestri Ordine, qui eiusdem cum illis Religionis essent, causam illorum forentibus decretum; quorum cognitio ad solum Regem pertineret, male ad Comitia provocatum, simul poena a iudiciis provocantium in eos statuta eadē tamen Epo ipso intercedente remissa. Restitutio Templi, sub gravi mulcta denuo

mandata. Dimissi

mandata. Dimissi inde Legati inprimis Cæsarei. Demonstratū cur de Societate ista certi nihil statui potuerit. partim quod plena hisce de rebus non habuissent mandata, partim quod aliquorum Principum Christianorum, quibus cum communis hæc causa esset, vel nulli omnino, vel ne ii quidem certis cum mandatis venissent. Descendisse nihilominus eo Regem et Ordines, ut primo aliquot tum Senatores, tum ex Equestri Ordine delegarint, qui si quid Cæsar. Ordines Imperij aliiq Christiani Principes agendum amplius hac de re putarent, communicata inter se re congrederentur, consiliaq cum illis conferrent, quibus postquam Conditiones et apparatus, consiliaq eorum qui ad societatem hanc adiuncturi se essent, Rex cognovisset, quam primum alia Comitia solius unius negotij causa extraordinem inducturum, omnibusq rebus diligenter expensis quantum in se futurum esset, libenter operam daturum, ut neq recentes iniurias quæ privatim ab eo hoste sibi Regnoq suo illatæ essent neglexisse neq Communi Christianitatis causæ deesse videretur. Cum valedicturi propius ad Sellam Regiam accessissent, privatim a Rege petiere, ut cum societas ista hisce Comitiis coire non potuisset, saltim Tartarus transitu prohiberetur, operam Rex dare vellet. Respondit Rex non una via uti illos solere, cum per Turcicas ditiones Solimani tempore in Ungariam alioquin iverint. Ostendere illi satis Cæsari Ungariæq futurum, si ab hac parte montibusq quibus superiori æstate in Ungariā iniverant, arcerentur. Nomine Electorum Imperij duobus Electoribq Saxone et Brandeburgico quasi ex totius Collegij authoritate Legati missi in ipso fere exitu Comitiorum venerant. Præter hos ab Archiduce Mathia Ordinibusq Regni Hungariæ Principe Transilvaniæ Aarone citerioris, et Michaele ulterioris Valachiæ Palatinis diversæ legationes, auxilia omnes petebant. Maxime Ungariæ Ordinum et legatio et Oratio miserabilis visa quorum Maiores cum non modo hostis eius iniurias sæpe propulsassent, verum terrori etiam illis fuissent, hi autem in aliena ope omnem spem et misericordiā repositam haberent, florentemq quondam Regni sui statum, et præsentes miserias flebili oratione exponerent, vix non lachrimas omnibus excussere. Ex tam opulenti olim Regni funere, miserrimeq lacerato, cadavere omnium rerum humanarum vicissitudinem metuentibus et metientibus. Cum eadem omnium Legatis summa fuisset, quā Cæsareæ. Idem etiam omnibus responsum. Valachius hoc amplius futurum Exercitum Ducemq Regium in finibus, illi Regem quod e Repub.

esse iudicaret man:

esse iudicaret mandaturum. Itaq ad illum omnibq rebq referrent.
Extra causam hanc Societatis et auxiliorum in iisdem Comitiis, a Regina Angliæ Legatus erat. In hostilitatem quæ cum Hispaniarum Rege ei inter omnibus Civitatibus Maritimis, interq eas Prussicis etiam edictis ad singulas missis, navigatione Hispanica interdixerat. Mercatores et quæstui suo modum imponi, et in eo iure quod omnibus commune esse deberet quoq liberrime etiam inter Superioris ætatis Principum bella usi fuisset, sibi præscribi ægerrime ferebant. Itaq nihilominus cum navigarenta Piratis Anglicis, qui iussu Reginæ infestum mare habebant, aliquot naves cum aliarum Civitatum Ansiaticarum tum ex Prussicis Gedanensis, et Regiomontanæ nonullæ interceptæ. Quod vero navigatione hac in Ordinem reducta simul annonæ pretium, valde minueretur, iam non modo ad Mercatores, verum Universam Nobilitatem, cuius proventus in frumentis atq huiusmodi fere mercibus omnis esset, respertinere videbatur, damnaq sarcirentur, tum ne in posterum in Subiectos Regios ulla vis huiusmodi fieret, cum diu frustra id ageretur, rescriptum editum, quo ex Mercatorum Anglorum, qui Elbingæ sedem commerciorum suorum haberent rebus damna subiectis Regiis sarciri videbantur. Hac igitur de re cũ Legatus Anglicus, qui tum venisset, responsum, quod subiectorum suorum magna damna perpessorum maiora etiam expectantium curã patrociniumq Rex susciperet, facere id non modo pro munere eo, quod cuicunq Principi populos suos tuendi incumberet, sed omnium etiam aliorum Principum, ac vel ipsius Reginæ frustra appellasset, et aliquot annorum cunctatione sua nihil perficere animadvertisset. Causam autem huiusmodi esse, ut enim quemadmodum ipsa significaret, unius atq alterius Gedanensis, ac vel Universæ Civitatis, cuius quoq tamen tanqm suæ subiectæ iniurias et rationes, negligere non posset, sed Universi fere Regni ac præsertim Nobilitatis res et fortunæ in ea versarentur. Uti Civitates eas eo iure, quo non modo ante ullum bellum Hispanq sed a tot sæculis usi fuissent, et quidem in mari, quod omnium gentium iure, nullius Dominio subiectum, sed omnibus liberum, ac commune esse deberet, inimicitiis alienis se se non immiscere, iisdem officiis et Hispanicam et Anglicam amicitiam colere tueriq. Iam enim qui iure suo utatur iniuriam alteri facere, sed qui uti eo alium prohibeat. Executio nihilominus mandati, eius ad aliquod tempus dilata, spatiumq corrigendi ea datum. Interim ut et damna passis resarcirentur postulatum, et navigatio in posterum non impediretur. Quod si in iis mercibus, quibus hostis armaretur durius illi videretur. In frumen:

tis certe similibusq

tis certe similibusq; mercimoniis, quibus domus potius, quam bellum instru-
eretur, quorumq; exportatione, nullo modo carere non possent aequissimum
esse iudicare eam debere. Comitiis ad eum qui ostensus est modum solu-
tis. Cum de Societate nihil perfici potuisset ad consilium iam ab initio red-
ditus a Svecia Regij a Zamoscio propositum belli in eam Scithiam infe-
rendi redditum. Qua de re cum in Consilio Delegatorum diligenter esset
incumbente maxime in eam rem inprimis Rege ipso, ut ex contributione
quae decreta esset, quantus maximus conficii posset miles scriberetur, ali-
usq; apparatus ad expeditionem eam necessarius instrueretur, primo quo-
q; expeditio ipsa susciperetur Decretum. Omnis eius rei conficiendae spes in
tributis erat quae quod tardius conferri necesse erat, eaq; ipsa mora non
parum impedimenti, expeditioni allatura videretur, de ea maxime ra-
tione omni studio Rex cogitare, ut dum tributa conferentur interim fide
publica praesentem pecuniam tantam cogeret, quam et authoramentis
militi praestari et initia belli instrui possent. Primo autem Volhini-
enses ita ex Comitiis discesserunt, ut non modo tributum, sed nihil eo-
rum quae in Comitiis acta essent, ratum se habere contestarentur. Pe-
tebant ut vectigalia, quae in Volhinia Rex haberet tollerentur, quod eo
vectius petere se existimabant, quod iis beneficio Regio, in privatas fere
distributis Respub. ipsa parum ipsa adiuvaretur. Iniquum contra aliorum municipiorum Legati iudicare, cum antequam in for-
mulam Iuris Regni, Volhinia redacta fuisset, omnia fere vectigalia
possessionesq; publicae, libertate Regum in privatos divisa essent, ita
ut praeter ista vectigalia, nullus fere proventus publicus in Provincia
quae hosti imposita auxilijs praeteritis egeret, reliquus esset, ab illis quo-
q; immunem eam fieri. Qua in re cum persisteretur, constanter ab ce-
teris omnibus negaretur, attestatione ut ostensum solemni interpo-
sita inficere quantum in ipsis erat Comitia conati fuerant. Idem
Lithv: Legati in itinere iam Sendomir: cum essent fuerant. Attestati-
neq; similiter ad tabularia publica facta tributum tanquam nullo
consensu suo scitum recusarunt. Ex Conventibus qui in Polonia post
Comitia habiti fuerant. Primus Prosoviensis Cvalov. Nobilitatis fuit,
summa cum dignitate publica omnia in eo acta. Comitiorum authori-
tas rata habita. Tributum non modo non promissum, sed ipsi Regi
permissum ut suo arbitratu Rempub. ex eo gereret. Insecuti Maioris
Poloniae Conventus persistere in Sententia sua, quam ante Comitia ha-
buerant, ut non tributo Reipub: subveniretur, sed virilim Expeditio de-

cerneretur: nonnihil

cerneretur. Nonnihil in plerisq Archiepiscopi Gnesng. authoritas valuisse putabatur. Abfuerat ille a Comitiis, seu morbo retentus, seu ex instituto. Cum apud Nobilitatem autem tum per literas ad Comitia missis, bellum cum Turca vehementissime dissuadebat. Cuius subeos ipsos dies libellus quidam sub titulo Festinalente, prodiisset. In quo Sententia authoritatesq eorum, qui temporibus Sigismundi Primi, ali: isq bellum Turcarum dissuasissent collecta fuerunt, a plerisq illius iussu editus existimabatur. Conventuum eorum in recusando tributo exemplum nonnulli alij deinde Conventus secuti. Maxime vero Imperiũ militare Archiduci Maximiliano in ipsis Regni finibus commissum non paucos etiam movebat. Quod enim iuramentum in transactionem Bendsinensem et ipsius transactionis formula, neq ab illo neq ab Ordinibus Hungariæ prastitum adhuc esset, non modo contra pacta et transactionem eam id fieri videbatur, ut vi omnis transitus et accensus ad fines Regni huius transactione iuvata interdictus esset: is Cæsari et in ipsis quasi Poloniæ cervicibus cum Imperio constitueretur, sed plena etiam suspitionis, plena periculi res plerisq videri. Neq satis tutum existimare amulo armato tam prope imminente extra Regni fines longius Exercitum ducere. Ita rebus omnibus expeditione illa impedita, Rex tamen neq spem neq studium adhuc remittebat. Ex quartana pecunia omni, ut quantum posset Exercitum scriberet mandabat Zamoscio, ipse partim ex Comitatu suo Aulico, partim ex Voluntaria Nobilitate ex qua non pauci cum gratiam Regis secuti, tum operam patriæ navandi studio ducti, nomina dederant 2000. selectos Equites habere instituerat. Postea cum stipendiarium Exercitum Zamoscius promoviisset, neq tutum satis sine præsidio Regem relinqui videretur. Ex tributo Cracoviens. 2000. civiter Equites Nicolao Zebrzydovio Palatino Lubliniensi Præfecto adiecit, quos medios inter Exercitum et Cracoviam loco collocatos ut in omnes partes qua opus esset, subsidio esse possent. Ex quartana pecunia 5000. civiter Equitum mille Peditum scripta. Ad eos viiisimanus miles adiectus. Hic omnis Exercitus erat. Zamoscius cum et ab aliis nominatim Expeditionem in Scithiam, quâ pacem tolli plane cum Turca existimabant, vetari videret. Neq tributis impeditis tantas vires habere se posse, ut in tam remotas oras et soli hostilis difficultatibus Exercitum committere posset quanta maxima tamen cura posset Exercitum contrahendum ing omnes occasiones intentum se esse oportere statuebat, eo omnia consilia vertere, ut si nullam aliam operam Communitati et Reipub præstare posset, saltim ut Tartaros transitu per fines Regni prohiberet et ipsos

fines a malefitio

fines a maleficio et iniuria Exercituum hostilium tutaretur. Hoc consilio etiam antequam Stipendiarius miles omnis convenisset, iam Mense Junio 1000 circiter Equites, qui primi Mogilniam convenerant supra Treboulam versus Boristhenem promovit, aliquantoq post reliquas etiam Copias ad Zincovium Oppidum non procula Niestro flumine contraxit. Dum hæc in Polonia geruntur simul in utraq Valachia res innovatæ. Aaron cum diu in utramq partem anceps hæsisset, tandem et Summi Pontificis authoritate adductus, et cum a Principe Transilvaniæ cum Michaele ulterioris Valachiæ Palatino sollicitatus aperte iam ab Imperio Turcico deficere cœpit, maxime autem Michael cunctantem impulisse videbatur, quod cum literas quasdam eius incautius defectionem pollicentes haberet, nisi conspiraret, missurum se eas in Aulam Turcicam, eum terruisset. Fœdus tres Principes, Transilvaniæ, tum utriusq Valachiæ inter se sanciunt. Ita re constituta Aaron, cuius omne robur cohors pretoria 1900 circiter Pedites Hungari erant, cum ad molem Turcici belli sustinendam parum sibi Atrium esse videret, cum Cosacis, qui nuper Sedem Principatus eius Jassium excurserant, in gratiam rediit. Cosaci communi a Transilvano et Moldavo legatione appellati, donativo accepto, societateq per Joannem Oryszovium, quem ad Valachum miserant, ultro citroq iurata una cum Copiis Valachicis per Valachiam ad Techinium præsidium Turcicum accedunt. Præerat pro Sendziaco Præsidio Achmet Sororis Chami Tartarorum filius, qui frequentibus supplicibusq Nuntiis opem a Tartaro petebat. Quod tamen ab Expeditione Hungarica nuper admodum domum reversus, nondum se recollegisset, repente etiam hostes advenissent, neq necessitudo privata, neq ius Societatis Turcicæ, ad opem territo, et supplici ferendam excire eam poterant. Oppidum quidem satis magnum sed totum ex materia primo impetu incendunt. Castrum et ipsum satis munitum est. et præsidiarios Turcas non paucos habebat. Ita Cosaci cum Valachis, et Ungaris partiti fuerant, ut cum ab una parte ipsi irrupissent, ab altera illi Castrum oppugnarent; verum Ungaris omnino ab oppugnatione cessantibus, Cosaci qui neq ipsi in oppugnationibus multum versati essent primum non paucis interfectis vulneratisq reiecti fuerunt. Deinde Sendziaco cum præsidiariis erumpente, profligati se receperunt. Præfecerat Cohorti suæ, quam habebat ex Ungaris Aaron Rosvanum quendam, qui Matre Valacha, Patre ex eo genere hominum quos Ciganos vulgo vocant, natus, pro gregario primum Milite inter Pedites meruerat, postea a Stephano Rege virtutis causa ad Ordinem perductus fuerat. Hic ab oppugnatione Tehiniensi reiectus cum militem omnem, ut qui Hungaricæ Nationis videretur esse in potestatem haberet. Aaronem a quo ad

Præfecturam Cohortis

Præfecturam Cohortis provectus fuerat, cuius Sacramentum dixerat, nihilq; tale suscipientem in vincula coniicit cumq; Uxore et Liberis sub custodiam in Transilvaniam mittit, ipse gaza supellectilibusq; omni direpta a provincialibusq; ac mercatoribus nonnullis etiam Polonicis, quanta poterat pecunia maxima per quadam coacta, provinciales reluctantes quidem sed tamen metu musitantes, in verba Principis Transilvani ac sua adigit. Apud Turcas interim qui novus Princeps hoc anno successisset, non visum Bassis ut Imperator ipse in expeditionem iret. Illi totum negotium susceperè, maxime autem in tres Provincias, quæ ab eorum Imperio defecerunt. Transilvaniam et utramq; Valachiam impetus suos dirigebant. Gravis inter primarios duos Bassas Sinanum et Ievatum æmulatio erat. Sinan plusinvidia et incommodis Exercitus diuturnitate expeditionis, et hiemis iniuriis non parum attriti, accesserat, quam gloria et Tauvino capto: quam invidia simul ætate eius quam destituere cum viderentur. Adversarij eius ad opprimendum eum abusi, ut Ievati Imperium traderetur ipse ab Aula relegatus deportaretur effecere. A Ievate manus aliqua Turcarum cum Iuncula eius qui Valachiæ quondam præfuerat filio ad occupandam Moldaviam missa, cum magis pristinæ Imperij reverentia, quam numero, et viribus Provinciam obtenturos se existimarent, a Moldavis cæsa profligataq; fuit. Pontem deinde supra Danubium ad Rusticum cum magno opere moliretur, is quoq; a Moldavis interclusus, aliquotq; in opere milites interfecti fuere. Incommoda ea Synanæ factioni, et Ievatem criminandi, et Synanum in pristinam authoritatem apud Principem restituendi locum fecere. Ievate igitur tum deiecto, atq; ut fama tum ferebat in fuga interfecto, Sinanus rursum Imperio Præfectus. Hic omnibus Copiis Danubium traductis, Moldaviam quæ prima furori eius occurrit ferro igniq; tota pervastata, Transilvaniam iamspectabat. Erat cum Michaele Albertus Uivat veteranus Præfectus, is impares plane viribus frustra cum hoste se congressuros intelligens, et ipse cum iis qui circa se habebat recepit, et Michaeli ut in penitiores montes furori hostis se subduceret, author erat. Valachus quidã, Præfectus dolore fortunarum suarum amissarum ad omnium rerum desperationem adactus, manum rusticorum quantam maximam cogere poterat, inter silvas per quas venturus erat Synanus abdidit: Illos cum totos Turcæ cinxissent, ad unum omnes cecidere. Iam ante haud multi post Azonem captum, et Transilvani Principis literas ad Zamoscium

dederant quibus

dederant quibus titulos Valachiæ præscribebat, suiq Juris Provincias eas factas significabat: quodq vicinum Exercitum illi cognovisset, ne quid damni a nostris ei daretur pro necessitudine mutua petebat, ut quem in Provinciam eam miserat Gasparum Cornissum hominem suum, iis de rebus ad Zamoscium ablegarat. Responderat illi Zamoscius non sui sed Regij arbitrij atq Ordinum id esse, se Ministrum esse. Ad Regem igitur his de rebus referret, commode tamen facturum suis se, si non solum aliis de rebus, sed de hoc etiam consilio suo obtinendarum, et tuendarum istarum Provinciarum in proximis Comitiis cum Rege communicaret. Rosvanus autem frequentissimas cum literas, tum Nuntios mittere non desinebat, quibus et de Adventu Synani nuntiabat, et opem petebat, quodq de rebus, maxime autem de periculo finium Regni, cum diligenter Zamoscius ad Regem retulisset. In eam sentententiam mandatum ei a Rege fuerat, ex tempore consilium caperet cum Rosvano, qui per proditionem iterum suam cæpisset, nihil commune haberet. Plane in magna cura omnes esse: non modo enim Synananum cum Exercitu iam in Moldavia esse, et prima Oppida munire magnopere constabat, verum etiam Tartari magno numero venire, nuntiabantur. In Valachia nihil omnino virium erat quod roboris penes Rosvanum erat, amplius 900. Pedites Ungari erant. Valachi et per se infirmi erant, ut ex quibus partim superioribus bellis Turcicis, partim Principum suorum crudelitate hoc tempore 15000. Patrum familias relicta essent, inter quos tamen ipsos Equestris Ordinis seu Boiari ut ipsi vocant pauci omnino. Rusticanæ Plebis maxima Copia est, et pars summa. Tum conscientia et suarum et hostilium virium, militiam ultro detrectabant, in quam cum exquisitis aliquot exemplis in nonnullos editis, quibus vel manus vel nares prescideret, cogere Rosvanus eos vellet, reliqui sævitia eius absterristi eo magis obstinatiores manebant. Itaq et Nadybayko Valachus primariæ inter illos authoritatis, qui versus Tchiniam contra Turcas excubabat nullam in viribus Valachis amplius spem se habere significabat, famâ tantum Exercitus Polonici se tenebat. Similiter qui ad Danubium circa Galatiam itidem ex Valachis observabant, iam recesserat, Rosvanus autem ipse trepidare, auxilium opemq petitum missitare currus rebus præcisioribus onustos omniaq alia ad fugam parata habere. Ita Provincia non modo sine milite et Exercitu iusto, verum sine munimento ullo in prædam hosti relinqui iam videbatur. Quod solum autem Provinciæ eius Castrum erat reliquum Chocimum et 200. tantum Peditum præsidio tenebatur et a Camenecia duobus solum

miliaribus distabat

miliaribus distabat, ut si semel pedem in Provincia ea Turca posuisset. Non modo de Valachia, Provincia Nominis Christiani autum videretur, sed de Podolia Russiaq, praterquam enim quod moris Turcici est, ut in pace etiam exercendi, ditandiq militis causa excursiones liberas, ita in faderibus cum Vicinis capiunt plerisq, ut non modo loca non oppugnentur, non violatum ius fadus interpretentur. ut maxime a maleficio in finibus Regni abstinere vellent, ad necessitas tamen ipsa ad infestandum Regnu adductura eos videbatur. Quod enim in Provincia plane exhausta et vastata, nullus omnino commeatus reliquus erat, nullis aliis locis quam ex finibus Regni, et tam propinquis et fere intactis petere cum poterant. Semel autem per iniurias et excursiones animis irritatis, bello contracto nemini dubium esse potevat, quin perpetuum futurum id esset quo contra tam potentem hostem administrando neq sumptu sufficere Regnum posset, neq sine summo periculo, ab hac praesertim parte, qua omnis ad ipsam fere Cracoviam sedem Regni aperta, sineq ullis iustis munitionibus esset, id administrare. Qua cura cum alij etiam plerisq vicini Senatores, tum inprimis Joannes Demetrius, Soliovius Archiepiscopus Leopole praeter Zamoscium ad Regem etiam ipse diligentissime referebat. De Tartaris, cos adnuntiarunt illos Boristhenem iam transire, viaq quam nigram vulgo vocant, qua alias uti etiam fere solent venire, captivumq quendam a se instructum subordinatumq ad Zamoscium miserant. De quo cum quastio habita fuisset, apparuit et superiore anno iam captum fuisse et nisi qua a Cosacis mandata ei fuissent, nihil certi habere. Quod tamen certo in Valachia expectari videbantur, quo maiores contra eos vires haberet, Cosacos etiam in expeditionem cum Zamoscius invitabat, utq opem hac ea facilliorem ad veniam sibi viam apud Regem et Ordines sternerent, hortatus omnes fuerat. Illi partim movere se ei non audebant, partim stipendia flagitabant. Responsum magis de venia illis quam primum laborandum. Ita et ipsi remanserunt, et Zamoscius postea eos neglexit. Rex quemadmodum ostensum est, ita fere Zamoscio et Aliis Senatoribus, qui ad eum referebant respondebat, ut temporibus rem totam permitteret. Zamoscium anceps, deliberatio tenebat. Si infra fines Regni hostem cum non magno exercitu expectasset. praterquam quod Valachiam Turcici Turis futura videbat, perpetuumq Regno metum imperitum iri. Si quid etiam inter fines sibi exercituiq gravius accidisset ne non modo de exercitu illo actum esset

itu illo actum esset, verebatur. Sed nullo etiam alio Exercitu parato qui victo-
ri hosti opponi posset, ne Regis ac Regni ipsius, aut saltim Russiæ salus in
discrimen adduceretur. Si Valachiam cum Exercitu ingressus fuisset,
quod et fama maiora omnia faceret, et Exercitus nostri, quod equis ar-
mis non modo bene instructi, sed ornati fere essent, maiorem etiam re ipsa
numerum præseferre soleant, vel fama specie ipsa Exercitus aut retineri
aut retardari hostem posse, spem aliquam habebat: vel si in discrimen ali-
quod, res adducenda esset, minore cum periculo Regni, remotiore a finib
loco, quam in ipsis Regni visceribus tentari fortunam posse, statuebat. Ut ni-
hil aliud perficeretur, obiectum tamen corporum suorum, vel prohibitu-
ros a finibus hostem, vel retardaturos. Interim in omnes partes Consi-
lium hoc tutius futurum, metu aut saltim suspicione Exercitus Natio.
Progressus et Turcici et Tartarici Exercitus prohiberi posse. utilem spe-
ram, non modo Regno huic, verum Universæ Christianitati, quæ ab
hac parte tota, alio loco suas vires comungere posset, navan. arma enim
contra Turcam, cum quo aliqui pacem turbari nollent, sed contra Tarta-
ros sumpta visum iri. Quod primum autem esset, cum de Valachia
tum ipso bello Turcico Regi Regnoq huic, tum Christianitati Univer-
sæ, integra nihilominus omnia futura, cum interim nisi ipse Vala-
chiam ingrederetur, Rossanum et Valachos imperium Tartarorumma-
xime cum Turcis coniunctorum minime sustentuvos constaret, et non
modo suas vires Christianos distracturos, verum vel in hoc Regnum
etiam hostem attracturos, et quo minus communibus viribus contra
Turcam quid aliquid deinde a Rege possit futurum, sem el etiam in
Provinciam Valachia redacta, Turcisq in eam Coloniam introducti
quem esse qui non perpetuis in finibus hisce nobis habendum vide-
ret. Nec alio loco nisi illis submotis, bellum administrare posse
Confirmaverunt in ea etiam sententia Zamoscium Summi Ponti-
ficis Nuntij Malaspina, litera, quibus quod Chocimum, neq ipsum
firmum, neq firmo præsidio munitum esset, si ipse id occupasset,
firmasset, ne Sanctissimo quidem Domino futurum ingratum si-
gnificabat. Hæc igitur de re cum consilium habuisset, ac non mo
do milites, sed vicinos etiam Senatores, quorum copiam habere po-
terat, inprimis autem Solicovium Archiepiscopum Leopolien.
Paulum Volovicium Episcopum Camenecensem Nicolaum Herbor-
tum Palat: Russiæ adhibuisset, cum iis quæ supra commemorata sunt
demonstratis, tum Regio etiam mandato prolato, vicit sententia

ea quæ alcam

ea quæ aleam iaciendum statuebat. In eodem consilio statutum, ut ad Synanum literæ darentur, quibus ne fines Valachiæ ingrederetur, ei denuntiaretur, scriptæ Aliorum Senatorum nomine fuerunt, qui præter Zamosciū in Exercitu erant. Ostensum quam nefas inter Domum Ottomaniam et Reges Poloniæ amicitia fuerit, inter aliquot etiam iniurias Regno illatas, diligentissime tamen in hunc diem conservata ei; ea prudentia et authoritate, qua esset, ipsum quoq studere debere, ita autem tutaturum, si litium atq iniuriarum causa omnem tollat. Eam sententiam pactorum esse, ut in formam Provinciæ redigi Valachia non possit, sed Valachia generis sui Principem habere debeat, prudentissime a maioribus comparatum fuisse, ut inter utriusq Principis ditiones Valachus Christiani nominis Palatinus interiectus esset, ex vicinitate ut plurimum iniurias oriri, iniuriis amicitiam tolli, raroq vicinitatem talem pacis et Concordiæ patientem esse. Rosvano etiam, qui sub id tempus ipse quoq Nuntium apud Zamoscium habebat, ex eorundem Senatorum authoritate nuntiatum contra Tartaros in fines Valachiæ se ingressurum, ne quē admodum superiore anno inde in Poloniam erumperent: cum Turcis pacē rescindere non sui arbitrij esse, vires suas ipse secum metiretur, si ita paratus esset, ut contra opes Turcicas tueri Provinciam posset, nihil prius faceret, sin secus ne et se et Provinciam perditum iret, sed potius cum Aliis Christianis, qui aperte bellum cum Turca gererēt vires suas coniungerent. Rebus omnibus ad iter comparatis 27 Aug. qui Idem Dominicus erat Zamoscius cum parte Exercitus Tyram, nunc Niestrum vulgo dictum, qui Valachiā a Polonia dividit, et ipso vado traicit et reliquum Exercitum quem secum habebat aliis duobus, vadio traduxit. Quod raro alias accidere solet ad eam humilitatem flumen pervenerat, et vado etiam transire posset. Dici enim non potest, quanta non modo alacritas in traiciendo, sed lætitia apprehensæ Valachiæ, in Exercitu fuerit, partim ingressum in novam Provinciam sibi gratulantium, paucis faustis omnibus institutum prosequentium. Zamoscium triduo post Stanislaus Zolkievius Castell. Leopol. Campestris Præfectus cū reliqua parte Copiarum, cui præerat subsecutus, eodem die quo traiecit Zolkievius, martis id erat, proximus post diem Dominicum, quo Zamoscius transmiserat. Rosvanus Uxore, omnibusq rebus quas compilarat, Transilvaniam versus antea præmissis, ipse etiam mox movit. Cumq Michaele Moldaviæ Palatino suppetias laturum se ire, ex itinere Zamoscio scripsisset, recta tamen versus fines Transilvaniæ se recepit. Reliquum Chocimi præsidium Ungaricum 200. peditum erat. Id in ea vicinitate finium Polonicorum, vix iactū

cum lapidis a finibq

eum lapidis a finibus Castrum id distant, non modo Cameneciam, verũ in vicinam et Podoliam atq; Russiam allicere Turcas poterat, sustinere impetũ eorũ non poterat. Cum Provinciales discessu Rosvani cognito, partim iniuriis sæviti: âq; eius irritati, partim metu Turcici Imperij addicti, concursu facto, ut præsidium quoq; excederet nimis et obsidione adegerunt, dataq; fide salvos ad Transilvaniæ fines perduxerunt. Itaq; 5to die post ingressum Exercitus nostri quod reliquum erat Transilvanorũ excessit, vacuãq; Provinciam reliquit. Certatim inde a Valachis ad Zamoscium concursum partim in fide Regis Regniq; se tradentibus, partim Palatinũ petentibus. Ostendere illis Zamoscius, non sui sed Regij arbitrii, id esse, ut autem Commeatu interim Exercitum iuvarent postulare. Demonstrare illi, ne unum quidem sine certo Imperio expediri posse, Ambiebat Principatũ Græcus quidam, qui Filiam Alexandri Bohdani eius, qui ad Sigis: Aug: se contulerat sororem Germanam in Matrimonio habebat. Provinciales ab aliquot iam sæculis ea experti ludibria fortunæ, pertæsi, tum Tyrannorum tum maxime externi Imperij erant. Primum Mathias Rex cum ob æmulationes Casimiri Regis Valachiam a Polonia abstraxerat, atq; in suam tutelam recepisset. Interimq; quo et magis Poloniam turbare, et Austriæ in qua Viennam tum obsidebat gravior esse posset, pacem cum Turca fecisset, Kiliam Tchinum Bilogrodum quæ in ora maritima Constantinopolim versus, Valachiæ præsidia erant, fœdere non comprehenderat. Cuius rei omnis culpa, et si in negligentia Scribæ, qui fœderi præbendo præfuerat, postea contulisset, et præsidia tamen illa in potestate Turcarum manserunt, et Provincia munimentis istis contra Turcas exarmata, iam ab eo tẽpore obnoxia, et tributaria illis esse cœpit. Regibus Poloniæ ius suum in pace Ottomanis renovanda, magis verbo excipientibus, quã contra, tam potentes Tyrannos reffurpantibus. Ad Alexandrum tamen usq; filiumq; eius Bohdanum, quasi certæ stirpis Principes, illis præfuerunt, post eos ut quisq; genus Principum Valachiæ ementitus quam maximum tributum Turcis obtulisset, ita Provinciæ præfui, ut quoties collibuisset rursum dejici. Qui nuper adeo Aaron Provinciæ præfuerat, incerti generis homo, ex Agasone in eum locum provectus fuerat. Cumq; ipse extrema pars Servitij Turcici esset, multo graviore tamen servitute Provinciales opprimebat. Quæ cum ita Provinciam a tot sæculis exausissent, ut vix ossibus hæreret sui generis et Corporis aliquem mallebat. Erant cum Zamoscio duo Indigenæ Valachi, unus Lucas Stroiszo, alter Hieremias Mohila, uterq; Petrum, qui aliquot ante annis metu Turcæ in Cæsareas ditiones

profugerat. Ille Quæstor

profugerat. Ille Quæstor hic Marschalcus fuerat, Petrumq in Poloniam secuti ipsum relinquentem Imperium. Quodq cum eo loco apud Petrum essent, non pauca Regi Regnoq officia præstitissent, ex omnium Ordinum authoritate ius Nobilitatis Poloniæ in Comitiis datum iis fuerat. Hieremias vero non modo cognationibus et affinitatibus, verum possessione etiam primus inter Valachos erat. Cum igitur cum Provinciales ipsi maxime peterent, tutius visum fuit in Palatinatu collocare. Constitutis hisce potissimum conditionibus fuit. Primum ut ipse ad Regem mitteret, beneficiumq id peteret. Si Rex ratum haberet, inprimis penes Græci ritus Catholica quoq Romana Religio ut in Provincia propagaretur. Si societas cum Principibus Christianis, bellumq cum Turcis succederet, agro aliquo, quem privatum ei Rex assignaret, contentus esset. Provincia ipsa Regni esset, ipseq nullo alio iure, quam quo in Polonia Palatini Nobilitati præsunt præesset. Unoq verbo et Provinciam, et se omniaq Regis potestati permitteret. Si pax cum Turca confirmaretur, aliterq convenire non posset. Provinciæ quidem ea formula maneret, quæ antea fuisset, maiestatem nihilominus Regis et Regni coleret, fidemq ei præstaret. In hasce Conditiones iuramentum ab eo præstitum, Legatiq sine mora ad Regem missi. A Rege ad Comitia dilatus fuit. Venerat Chocimum a Principe Transilvaniæ Ambrosius Vas quidam.

Hic cum a Valachis eo tempore quo ad præsidium Chocimense expellendum concurrerat, odio crudelitatis Rosvanianæ, ipse quoq arreptus ad Zamoscium, ad quem literas haberet provocasset, sub id tempus adductus Chocimo fuit. Summa literarum Transilvanicarum hæc erat, ut cũ Moldaviam sui Iuris factam antehac significasset, non modo a Provincia ea Exercitus, hominesq Regij abstinerent, verum potius necessitate id postulante, ope et auxilio suis adesset. Synanum Bassam, qui Ferrato Bassa per captivos Constantinopolim adducto in locum eius, suffectus fuisset, cum Copiis non exiguis haud ita pridem ad Danubium venisse ibidem pontibus extruendis occupatum, occasionem utriusq Valachiæ occupandæ captare. Exercitum etiam Tartarorum numerosissimum Boristhenem iam traiecisse afferri. Verendum ut sit, ne ex composito Tartari ab una parte Moldaviam, Synanus traiecto Danubio ex altera parte Valachiã eodem tempore adoriantur, viresq suas inde coniunctas faciant. Itaq petere ut noster Exercitus Tartaro opponeretur. Respondit Zamoscius cum Turcis versus Galatiam, Valachiæ Oppidum Danubium transmittere, et Tartarorum omnes Copias ex altera parte huc adventare, et iam

ad Białogrodum Cha:

ad Białogrodum Chanum esse. Tum Rosvanus, tum Nadybayko Valachus, qui Tartaros ibi observasset, nuntiassent, qui eadem fere illius literis quoq confirmaventur. Contra Tartaros potissimum qui superiore anno etiam illac in Regnum irrupissent Valachiam se ingressum, quam primum Niestrum transmisisset Rosvanum Iassio movisse, utraq Provincia excessisse. Valachos mox ab eo secessionem fecisse, præsidiarios Chocimi obsedisse, maxime sævitiam eius accusare, qui cum Aaronem cæpisset multos negasset bonis omnibus excusset, intollerabilia tributa indixisset, multos manibus naribus, aliisq membris truncasset quam ob causam ne in Exercitum quidem cogere eos potuisset, cum vitam reliquasq spes suas latebris, quam fidei eius committere mallent. Itaq alium Palatinum ipsos sibi elegisse, Legatosq ideo ad Regem iam designasse, quem in Statum re adducta, facile ipsum indicare posse, nihil minus quam suæ potestatis, sed cum Rege et Ordinibus de ea agendum, Rosvani quidem præsidium impetum Tartarorum non laturum fuisse, ac multo minus cum Turcis coniunctorum. Iacendum autem id nisi Exercitum promovisset, in tanta Chocimi cum vicinitate ad Podoliæ fines deferri potuisset. Inde cum et Turcas et Tartaros expectandos sibi sciret, in primis de loco Castris idoneo capiendo intentus, inter continentem Prussi et Iassi fluminum, more Polonico curribus et impedimentis quam maxime poterat iis communitis Castra ponit, ita ut non modo duorum fluminum obiecta Castra ipsa tutiora essent, verum Commeatus etiam facilius subvehi illis posset. Ipse privato habitu incognitus Iassium accessit, cum loci cognoscendi causa, tum an muniri possit, quo minore milite teneretur Provincia. Sedes Principum Valachiæ cum Szocavia pulsus fuisset. Ab Alexandro primum quod a Despota Turcicis auxiliis Szocava pulsus fuisset, postea restituto tanquam infaustum locum eum detestante Iassium translata fuerat. Oppidumq ædificiis aliquot cum publicis tum privatis exornatum. Oppidum ipsum quemadmodum ostensum est a Cosacis nuper exustum, incendiisq ac ruinis plane deformatum fuerat Regia quæ ex muro erat relicta fuit, tum templa alia tria circiter ritus Græci, Armenorum unum ex lapide omnia, Catholicum ex materia unum. Super omnia balneum Asiatici operis ex lapide pro captu loci satis elegans natura loci non tam inepta ad muniendum vita quam magno sumptu et opere egere, quæ in Provincia rebus omnibus exhausta et ad extremam egestatem redacta utraq difficilia essent, Iassium caput Provinciæ publicæ

vinciæ publicè Jeremias ingressus ibidem ab Episcopo ritus Græci inaugu-
ratus fuit. Aliquot ei turmas Equitum, qui honoris causa eum deduce-
rent, Zamoscius attribuerat. Ad ingressum eius totius fere Provinciæ
reliquus populus, & latebris in quas se abdiderat progressus, racemosq; uvarũ
et manipulos frumenti, cuius alioquin Provincia satis ferax est more suo
in eum spargentes, faustis acclamationibus Imperium eius prosequebant.
Descendit ad Templum maius quod sub ipsa Regia est, ubi Vladicam
aliosq; Sacerdotes ritus sui cum Crucibus ornamentisq; sacris obvios ha-
buit. Templum ingressus, a Vladica in adytum, in quod ritu ipsorum nul-
li, præterquam ipsi Vladicæ ingredi fas, solus introductus, postea inse-
de Principum quæ in templo est, publicè collocatus fuit, omnibus summa
lætitia ingressum eum illis celebrantibus, mortuus Amurates Princeps
Turcarum fuerat. In locum eius Mahmet aliquot fratribus Principibusq;
Bassarum interfectis, partimq; ferro, partim veneno neutris suffectus.
Eodemq; Anno 1595. 9. Junij. qui dies Veneris erat hora meridiana.
Vladislaus Princeps magna spes Regni huius Cracoviæ in Suburba-
no Palatino Lobsoviæ natus fuit. Festivitates die 9. Mensis Julij per
Universum Regnum magno habitæ fuere, Baptismo sequenti die Do-
minico initiatus. Reginaq; Anna Senior Varsaviam ad eum venit ce-
lebravitq;. Jam antequam primum ingressus Valachiam Zamesciq
fuerat, cum ad Reges tum ad Senatores plerosq; in Poloniam literas
dederat, quibus de Consilio suo certiores eos faceret, et quo in statu res
essent significarat. Varie res accepta. Alij factum ut plenum periculi
omnino improbare. Inprimis Archiepiscopus Gnesn. non modo senten-
tiam suam, sed Conventum etiam quorundam Majoris Poloniæ postu-
lata hac de re ad Regem deferre, novi maliq; exempli rem esse, sine
authoritate Comitiorum Belli pacisq; arbitrium primatim quenqm
sibi sumere, ing. fœderatam Provinciam cum Exercitu ingredi, postu-
lare, ut Exercitus quam primum revocaretur. de pace autem reno-
vanda legatio nulla mora interposita, ad Turcam mitteretur. Non
deesse alij qui pristinarum partium studio periculo illi quo maxime ex-
plicaturum se se eum existimabant, obiectum eum ultro lætaventus, lite-
ris etiam ad exteros missis, iactare non dubitarent, eo tandem progres-
sum, ut auxiliis qua frustra imploravet, nullis ei allatis, nunquam re-
cepturus se se esset, ne ipsa quidem Aula omnes Consilio huic favere. Cumq;
sub idem tempus Maior filia Reginæ Archiducissa Austriæ ab alterius

Filia Catharina cum

Filiæ Catharinæ cum Principe Transilvaniæ nuptiis ad Regem divertisset, animum materno affectu sua sponte sollicitum, non nulli ultro etiam tentare, et cum per ipsam, tum per illam Reginam succedere conabantur. Plerisq; tamen eventum fere expectantibus, atq; ut casura res esset, vel probaturis eam, vel damnaturis solus Rex factum non improbabat, in omnes tamen partes magna cautione opus esse ostendebat, ne vel cum Turca Regnum committeretur, vel domi nonnullis turbandi causa præberetur, cui ut a Provincia ea abstineretur, plerisq; Senatoribus visum fuisset. In præsentia duo maxime præcipere. In primis ne pax cum Turca aliqua in parte turbaretur, cum in desperatione fere societas cum Principibus Christianis, cum præterea domi etiam tot essent, qui partim urgerent legationem eam, partim tributa recusarent, turbarentq; In eo iam esset ut Legatum ad Turcam mitteret, tum ne flos ipse militiæ manifesto alicui periculo minus necessario obiceretur, simul ad Senatores relaturum se ea de re scribat, interim quod maxime re et dignitate publica esset, statuere, facere eum debere. Dum hæc aguntur Synan Bassa Michaele ex Moldavia eiecto artificibus omnis generis adductis, non modo Buhorestum Caput Provinciæ sed Tarchonestum etiam magno opere munire, cum ab exploratoribus, tam a Moldavis ipsis nuntiabatur. Ad ipsum autem Danubium Saban Bassa Aegypti, qui cum triremibus aliquot missus fuerat, Bralecum similiter muniebat. Nihil autem Zamoscius vereri quam cum Tartarorum etiam adventus expectaretur, ne si Tartari cum Turcis se coniunxissent, non modo procellam illam tam parvis Copiis sustinere non posset verum in Provincia etiam ab hoste munita, et in qua ob maris ipsiusq; Imperij Turcici vicinitatem omnia hosti suppeterent, sibi tam longe a finibus Regni progresso sine certa sede, sineq; ullis munimentis omnia deessent difficilior belli administratio accederet, Tartarus in Borysthenem transgrederetur, non tam deliberabat, quam cum et Synano diligenter accerseretur, et non modo Exercitum Polonicum, sed cum etiam Zamoscium in Valachia esse cognovisset et maiores Copias ex Mahaiensibus usq; hordis contrahendas sibi existimabat, dum illas expectat tardabat. In quam Sententiam a Senatoribus qui ad Castra convenerant cum ad Synanum Bassam, tum ad Sendziacum Tchinensem literæ datæ fuerint supra ostensum est. Bassa dum Constantinopoli quo confestim literas miserat responsum expectat, rescripsit. Sendziacus

primum quod interpretis

primum quod interpretis qui literas ei legeret facultatem se non habere diceret, ad literas quidem ipsas nihil rescripsit, omnia tamen peccata. et policeri se et expectare. Postea aliquoties Nuntiis cum ad illum a Valacho, tum ab ipso ad Valachum atq; ipsum etiam Zamosium ultro citroq; missis, ut Principatus Hieremiæ confirmaretur, non modo omnem operam se daturum, sed bonam etiam spem habere se ostendere. Cum Chamo tamen maxime ea de re agendum esse, cuius fere potestati Provincia ea et pars ista belli a Soltano credita esset. Ultra Sendziacum Saban Bassa, cum iam ante Petri Palatini temporibus Hieremiam noviset, hominemq; ad eam rem idoneum utriq; notum. Romanum Valachum nactq fuisset, cum per illum tum per literas ipse quoq; Hieremiam confirmabat, ut Principatus ille ei confirmaretur cum apud Sultanum tum apud Synanum, tanquam supremum Bassam authoritatem suam interposituru pollicabatur, a Chamo tamen ut caveret, utq; aliqua ratione eum placaret, monebat. Superioribus aliquot ad Sendziacum literis quas Senatores nonnulli ultro citroq; ad illum deferant, Zamosius non subscripserat. Id cum suspectum Sendziacus esse Minister eius Valacha dixisset, tandem aliis literis quibus Senatores illi respondebant, ipse quoq; subscripsit. Simulatio hæc tam diu mansit quo ad Chamum omnibus rebus instructum adventare constabat. Cuius adventu cognito, literis ad Zamosium per te. iam Bassam Valachia se ferre. Quod Imperium Provincia eius ab Imper: Turcarum sibi commissum esset, ut de Provincia et ipse decederet, et Hieremiam deduceret, postulare de Chamo autem ostendere quod aliquot annos donativa e Polonia ei soluta non essent, ipsum repetitu ea adventare, in Poloniaq; hiemare constituisse. Præter illas edicta publice Provincialibus proponere, quibus vita fortunarumq; omniu periculo proposito, ad Hieremiam deserendum Turcicumq; Imperiu eos hortabatur, hominesq; ad possessionem Oppidorum aliorum locoru accipiendam passim dimittebat, et quibus duo ab ipsis Oppidanis capti, Zamosiuq; delitti fuerunt. Cum primum Valachiam Zamosius ingressus fuerat, antequam de adventu Tartarorum certi aliquid constaret, Cosaci præda spe inducti, ad fines Valachia cum ante invitati detrectassent ultro tum accessuant, Zamosius quod etiam præda tantum segui eos intelligeret, et mandatum a Rege ei esset, ut in omnibus rebus ita moderatus

bus rebus ita moderaretur ne pacem cum Turcis turbaret. Quod Tehiniam nuper partim diripuisse, partim obsedisse eos constaret, ne si Exercitu reciperentur publica authoritate factum eorum comprobari apud Turcas existimaretur, pro hostibus se eos habituros, si progrederentur, eis denuntiare. Ita reiecti cum de Adventu Tartarorum ipsi antea Nuntios sparsissent, Boristhene tamen relicto versus Szarogrodum Oppidum a Zamoscio contra fines Turcicos constitutum se receperunt oraq ea fere pervastata per Podoliam et Volhiniam latrociniis grassari. Ad Assangorodum quem transitu Boristhenis observarent, unæ solæ Braclaviensium Excubiæ erant, quibus facile a Tartaro reiectis, partem Exercitus ad Assanhorodum partim ad Bilogrodum, alium aliis locis Boristhenem, Nestrum ad Tehiniam traiecit. Quod magna æstatis parte Synanus eos expectasset, iamq vertente Autumno miles Turcicus eodem quo superiore anno in Ungaria ab iniuriis àëris maxime incommoda acceperat, metuens ægerrime sub pellibus contineri se pateretur, ut quam primum secum se coniungerent, quo societatis viribus Transilvaniam ingrederetur, diligentissime eum urgebat. Rescripserat illi Chamus prius Valachiam fidei suæ ab Imperatore commissam, se constituturum. Zamosciumq quem dono Imperatori duceret captum illi adducturum. Ita adventu eius desperato, cum et a milite urgeretur Georgium atq inde hyberna Exercitum reduxit. Sendsiacus cum parte Exercitus Turcici ad Bikium cum Tartaris se coniunxit. Idem et Sororis Filius Chami erat, et Sororem eius Germanam amitam suam instituto Turcarum, minus Iura sanguinis reverentium in matrimonio habebat. Ita autem ab Imper. Turcarum comparatum inter eos fuerat, ut Tehiniam, Uciliam, Silistriam, maritimamq oram omnem Valachiæ Tartarus seu Filius eius possideret; reliquum quæ Poloniam spectaret Sendsiacus per Bassam administraret. Quam primum de Adventu eius Zamoscius cognovisset, Castra quæ inter duo flumina, Brutum et Iassum hucusq habuerat, per pontem, qui in militari via, quæ a Iasso ducit, erat, in alteram Pruti ripam, quà Tartarus erat, traduxit. Patentissimaq ab ea parte planicies est. Quod autem Prutus ambitu suo angulum quasi quendà faciat, duo fere latera obiectu suo tuta præstat, quatuorq portis

quibus singuli cum

quibus singuli cum præsidio Præfecti distincti. Simul vero cum per pontem, tũ flumine commeatus facilius pervenire ad Exercitum poterat. Cum primum de Adventu Chami fama allata fuisset, Georgium Ulanicium cum aliquot Exploratoribus Zamoscius miserat, qui et de Adventu et de Copiis eius certi aliquid afferent, qui cum in Turcicos exploratores, qui eadem de causa progressi fuerant, numero fere pares incidissent, velitareq; cum illis cœpissent. Turcæ in causam quandam rusticam compulsi quod explorandi causa venisse eos scirent, vix audito ante hac exemplo, ut ultro illis captivum darent, pacti, sorte missa in quem ea ceciderat dediderunt, quo deinde facta pace dimisso, in reliquos capitali supplicio animadversum fuisse cognitum fuit. Chamus ipso captivo ad Zamoscium misso, ut ad diem proximum Jovis summo mane certo se expectaret, ei denuntiarat. Postquam nihil certius quam pugnandum esse constabat. Zamoscius militari consilio omnium Præfectorum et plerorumq; Contubernalium habito, cum maxime de tempore rationeq; pugnæ retulisset, ne primo statim die priusquam et virium hostis periculum factum esset, et nostrorum animi confirmati, copia pugnæ fieret, convenit. Sub Castra tandem quemadmodum denuntiarat, successit die Jovis mane omnem barbariem Scythicam secum trahens. Sub adventantis iam ad Castra famam Ulanicium cum turma Equitum Zamoscius velitatum miserat, ex cuius turma cum Jarocius quidam captus a Tartaris fuisset, quod in consilio ipse adesset, ex eo etiam prælio rem Zamoscium commissurum cognoverat, neq; enim die primo pugnaturũ. Subibant Castra non modo agminibus diversis, sed ipsi etiam et singuli sparsi qui eorum pugnandi mos est. Nostri quemadmodum constitutum fuerat, non ad iustam pugnam, sed suas hostiumq; vires, atq; animos periclitandos emissi, pari ratione sparsi, et ipsi cum illis pugnabant, ita ut diversis locis aliis singuli cum singulis, alij plures inter se congrederentur. Habebat Sendsiacus ad 500. Janczaros secum, hi sclopetis maxime rem gerebant, quodq; longissimis uterentur, ad ipsa fere Castra pertingebant. Cum ante portam unam Castrorum Zamoscius ipse in equo curreret, forte evenit, ut sub ipso equus ex sclopeto vulneraretur. Cum omnibus tamen locis, nostri superiores essent, multiq; ex Tartaris atq; in iis Insigniores aliquot Aulici Czarij passim caderent, plures vulneraventur. Fratrem Fedet Chereium ab inferiore parte fluminis Pruti, cum duobus confertissimis aciebus misit. Processere contra eos aliquot

re contra eos aliquot nostræ turmæ. Chamus post ipse aliquot acies ab altera parte promovebat, ut a latere in nostros invecti, in Prutum eos deturbarent. Et si pugnandi Copiam eo die non facturus Zamoscius erat, ad omnia tamen belli subita Universum in Castris Exercitum instructum habebat. Itaq cum contra ea agmina, quæ sub Chamo veniebant, tribus Castrorum portis turmas aliquot emisisset, quæ in illorum latera itidem converterentur gradum Tartari primum stitere. Fedet Chereius multis suorum amissis, trepide se recepit. Sendziacus autem significatione militari facta, colloquium petere. Missi visum quid vellet, Joannes Gulscius, Felix Herburt, et Temnik pro Interprete, qui ex Tartaris Petiorensibus Christianus factus, iam a Sigismundi Augusti temporibus Regni Poloniæ, in omnibus meruit, utilemq semper operam navavit. Cum colloqui cum Zamoscio Sendziacus peteret, quærere iussu Zamoscij Herburt, quod omnibus promissis antea fere fefellisset, quam fidem colloquij, aut conditionem esse posse. Ille cum et Principatu Hieremiæ confirmato Valachia pacaretur, laboraturum quidem se promisisse, obtinere autem non potuisse ostenderet. De adventu autem Chami deq Valachia sibi a Chamo attributa, iam ante ipsum significasse; tandem ne colloquium recusaretur, instare. Primum ut Herburtum pro obside ad Chamum deducto, sibi ipsi ad Zamoscium accedere; deinde vero, vel solius Herburti fide liceret petere. Ad Zamoscium reicitur. Tandem literas ipse ad Zamoscium ea de re misit, quod nox iam esset, eo die nihil ei responsum. Postridie summo mane Chanus cum Sendziaco, vel ut fiduciam sui ostenderet, vel etiam ut ipsi postea excusabant, pabuli inopia pressi, locum mutare cogerentur. Universum Exercitum præter Castra ducere. Nullum unquam maiorem Exercitum visum a se fuisse facile inter omnes qui in Exercitu nostro erant, constabat. Zamoscius quod et fraudem subesse veretur, et contra fidem petiti colloquij id fieri existimaret, quam creberrimis tormentorum ictibus prætergredientes infestabat. Maxime ne traiecto alicubi flumine, vel a tergo nostros adorirentur, vel Jassum hibernis occuparent, verebatur. Itaq in utramq rem intentus, partim si flumine transmisso circumvenire Castra vellent, quæ illis occurrerent paratos esse iusserat. Et si Jassium versus progressi fuissent, qui mox illud incenderent: tormentis quæ directa in illos

fuerunt aliquot periere

fuerunt aliquot periere. Sendziacus nihilominus in medium procedere colloquiumq; clamare. Missi iidem ad illum qui pridie. Ab utraq; parte expostulatū et a Sendziaco quod colloquio a se postulato, tormentis nihilominus petiti essent, et a nostris, quod conditione ab illis lata, cum integra omnia esse debuissent, Castra promovissent. Sendziacus colloquium iterum urgere. Anceps Zamoscium deliberatio tenebat, quod neq; se atq; Exercitum incolumi Valachia relinquere, vicinosq; Turcas accipere posse statuebat, neq; ut Turcæ maxime autem Chanus de Valachia decederet, Exercitumq; ex tam longinquis præsertim hordis accitum sine præda ex qua solum fere victitant magna cum infamia et ignonimia sua domum abduceret, nunquam in animum adducere poterat. Ab altera parte non pauca etiam illum urgebant. Primum enim cum patentissimi undiq; Campi essent, ut pugnam et belli decernendi arbitrium in hostis fere potestate futurum videret, qui quemadmodum quocunq; ei visum fuisset se proripere posset, ita nec propter eius celeritatem gravitatem suam miles noster ~~noster~~ eum assequi, nec in potentissimā planiciem ductus, cum tanta hostium multitudine ipse firmior quam numerosior commode rem gerere potuisset. Accedebant eo alia incommoda præter paucitatem eius, locus in quo res gerebatur, tam remotus a finibus nostris, in propinquo præsidia munimentaq; quo graviore casu recipere se se Exercitus posset; plane nulla Turcarum, qui Brachilovij erant, propinquitas, qui ab alia parte includere nostros potuissent. Ad extremum etiam inopia commeatus, qui in Provincia diversis Turcarum, Tartarorum, Cosacorumq; Exercitibus per tot annos vastata et absumpta erat, et multo maior postea expectabatur. Præter hæc et mandata Regia de pace cum Turca non turbanda, ex consilio Senatus ad se missa, Zamoscius recordabatur. Et non modo acta Conventuum quorundā verum legationes etiam ea de re ad Regem ex Conventibus missas, tum privatorum domi studia et partes. Ex quibus omnibus rebus et nihil temere committendum sibi videbat, quo per ipsum stetisse diceretur, quo minus pax Turcica rata maneret. Neq; si quid vel gravius Exercitui accidisset, vel longius progressus fuisset quidquam Reipublicæ adiumenti eo tempore sperandum intelligebat. Maxime verò

ne Provinciam cuius

ne Provinciam cuius salute Podoliæ fere ac Russiæ etiam salus con:
tineretur, in incerto statu relinqueretur, angebatur. Quemadmodum
Zamoscius in diversas curas hæc distrahebat. Ita Chanus omnino
iam desperavat. Quod non satis firmum Exercitum esse, et numero eti:
am maiorem, quam erat existimabat. Castra autem præter morē
illorum fossis et aggeribus munita videret. Neq; ipse magnam spem
potiundorum eorum habebat, et vulgus Tartarûm quod ad prælium
excursionesq; non oppugnationes exire solent. Cum Castellum id,
non Exercitum esse dicerent, oppugnationem vulgo recusabant.
Ut nisi Aulico suo milite Castrorum oppugnatione tentare se posse,
existimârat, quo conciso vel detrimento affecto, nervos virium po:
tentiæq; suæ incisos iri. non paucos etiam hesterno prælio amissos,
fame etiam, si ad deditionem eos perducere vellet, prius sibi tan:
to maiore cum Exercitu, in Provincia ab omni commeatu exhau:
sta parendum videbat. Cum autem ne a Turcis quidem qui eo
anni tempore ipsi iam missionem partim flagitabant, partim di:
labebantur, auxilij aliquid expectare posset, ne in Poloniam Exer:
citu tam firmo, in Valachia post se relicto, cum præsertim Poloniam
quoq; a Copiis non plane imparatam relictam esse, suspicaretur non
satis tutum ei videbatur. Itaq; cum ipsius quoq; non parum interesset,
ne in Provincia tam vicina, et qua maritima ora etiam eius a Cosa:
cis plerisq; incursari et mare ipsum infectum, haberi soleret, hostile a:
liquid relinqueret. Et Sendsiaco ut quibuscunq; conditionibus parē
componeret, mandaret. Et Sendsiacus instantissime colloquium postu:
labat. Datum ex consilij sententia colloquium, missisq; ad Chamum
pro Obsidibus Joannes Gulscius Tribunus Tremboulensis, Joannes
Zamoscius Excubitor Regni. Ad Zamoscium Sendsiacus ipse, primus:
q; Chami Consiliarius, summæq; apud eum authoritatis Achmet Æ
ga ad colloquium venere. Consilium Zamoscius ex iis, qui Senato:
rij Ordinis aut Magistratu aliquo in Exercitu erant habere solebat.
Erant autem hi fere Stanislaus Zolkievius Castellanus Leopolien:
sis, Militiæ Campestris Præfectus, Stanislaus Gulscius Castellanus
Haliciensis Præfectus

Haliciensis Præfectus Barensis, Joannes Drohovius Præfectus Premisliensis, et Referendarius Regni. Quod neq de exitu colloquij spem aliquã habebat, et mox soluto colloquio pugnæ Copiam facere constituerat. Zolkievijm omnem Exercitum sub signis instructum in Castris habere mandarat, reliquos ad colloquium adhibuit. Conditiones illis Zamoscius tulit, ut Sendziacus Bassam se abdicaret. Hieremias quem Provinciales sibi depoposcissent, Principatum obtineret. Exercitus Turcicus et Tartaricus. ea quâ venissent via, sine maleficio, se reciperent, triduoq adeo de finibus Valachiæ decederent. Dum Conditionibus hisce cum Sendziaco tractant. Achmet Chami Consiliarius Valachiæ tantum, nullam sui Principis mentionem fieri quæstus, quod ipsi etiam a Rege expectandum esset definiri necesse esse ostendere. Respondit ei Zamoscius, ex iis quæ in Regem atq Regnum ab illo proferta essent quo animo vicissim erga illum Rex esse deberet facile eum statuere secum posse. ut qui propter superiorum temporum iniurias, et ante cum Reveliam Rex irisset, in fines Regni incurrisset, et superiore anno similiter per Regni fines in Ungariam irrupisset. Unoq tempore præter fidem de pace ab Aula Turcica interpositam. Ille more eorum in Cosacos culpam conferre ostenderet. Zamoscius tantum abesse, ut cum Cosacis quidquam commune Regnum haberet, ut potius ipsi Cosaci gravissime intra fines Regni latrocinarentur, magisq Tartari illis favere viderentur. Qui cum Constantinus Dux Ostrogiæ Palatinus Kiioviensis manum aliquam Cosacorum non ita dudum profligasset, cecidissetq. Haud multo post Tartari ipsi ad Comitia illo profecto agros illius incursionibus vastassent. Tandem quærere sub quibus signis ad Tchiniam accesserunt, qui quemadmodum supra ostensum est a Chlopicio delata ad illos fuerat. Agnoscere hæc omnia ille tandem dicere quidem Chamo suo Principis in Valachia dandi, ipsius que adeo Provinciæ constituendæ potestatem a Principe Turcarum factam illum Sororis suæ Filium affinemq Sendziacum beneficio hoc afficere voluisse.

hoc afficere voluisse.
Ingratiam tamen Regis et Chanum et Sendziacum beneficio hoc decessuros. Hieremiamq in Principatu non turbaturos. Principem Turcicum ratum id etiam habiturum, vexilloq misso Principatum ei confirmaturum, spondere intra praescriptum praeterea diem Valachiam se excessuros neq quidquam omnino praeter commeatum sumpturos. Interim ut Zamoscius quoq cum iis, qui cum illo essent Regem veteribus iniuriis obliteratis, iis quibus superiores Reges amicitia cum illo coluissent conditionibus, ipsum quoq ei amicum futurum sponderet, postulare. Responsum nihil de aliena voluntate eorum praesertim in quorum potestate ipsi essent promittere se posse, intercessuros se ad Regem et Ordines polliceri. Legatus etiam quem de amicitia ad Regem Chamus missurus esset ut tuto ac honeste deduceretur se praestituros. Acceptae utrinq Conditiones hae. De captivis etiam ut expeditione ea capti essent utrinq redderentur convenit, utq scripto utrinq conditiones confirmarentur. Nihilominus omnes expectabant quam ut huiusmodi conditionibus discederetur.
Sed debetur hoc fatis seu pietati potius Sigismundi 3tij Regis ut et primus Regum Poloniae esset, a quo pacem Tartari Turcaeq peterent, primus pacis leges et eas quidem contra tot annorum possessionem illis daret. Primo Cham Tartariae et Dux Turcarum excedere Provincia iussi, dicto audientes, fuerant. Re eum in modum transacta, more militari, iis qui obsides aut in colloquio fuerunt utrinq munera data Zamoscius Sendziaco vestem sericam, Achmeti pateram inauratam dedit. Chamus postridie iis qui obsides apud eum fuerunt auratas vestes dono misit. Movit postridie summo mane. Noctem quae intercessit, et sequentes aliquot metu insidiarum, totus Exercitus insomne in armis egit. Misit inde postridie Zamoscius Joannem Herburtum ad eum cum scripto conditionum in quas convenerat. Simul ab Hieremia salutatum eum Legati ivere. Iam moverat iter, ut in itinere eum adirent. Herburtum satis benigne accepit, in Valachos invectus qui

lachos invectus, qui Exercitum Polonicum adduxissent, quem tamen ipsum equis conculcaturum se fuisse dicere, nisi fossæ et aggeres eũ defendissent. Apparuit pœnituisse eum asperioris sermonis. Cum enim postea mox ipse quoq; scriptum suum misisset, et de fide sua in servandis pactis prolixe multa pollicitum fuit, et reliquo sermone, si quid offensionis intercessisset mitigare conatus fuit. Sub idem tempus quo Tartari ad fines Valachiæ accessere Sigismundus Princeps Transilvaniæ Exercitu coacto in fines Moldaviæ quæ Synano Bassa occupata, æstate fuerat, ingressus fuit, iam supra ostensum est Exercitũ Turcicum propter anni tempus missionem acriter flagitavisse. Itaq; Synanus etiam cum eum continere diutius non posset in hibernaiã se receperat. Targovesti, Halij, Anatoliæ cum aliquot Turcarum millibus relictus in præsidio a Synano erat. Castro quod ligneum erat globis candentibus quibus Moschovitica pleraq; præsidia Stephanus Rex exusserat per Kirakam incenso, Præsidiarij cum ex Arce se eiecissent omnes fere concisi fuerant, Bassæq; insigniores capti, tormenta quoq; aliaq; impedimenta complura in potestatem venere. Buchorestum Turcæ ipsi cum exussissent deseruerunt. Simili fere eventu Guirgovium etiã captum. In reditu iam de Adventu Tartarorum obsessosq; ab illis Exercitu Polonico Nuntius allatus tanto terrore Exercitum Transilvanum complevit, ut cum fugæ potiusquam agminis spem domum se reciperet, multisq; in traiectu fluminum pontuumq; se ipsos implicavẽt, non pauci cæderentur, aut in fluvium præcipitati mergerentur. Satisq; constat nisi Exercitus Polonicus primo moratus Tartaros deinde de reditu cum illis, ea qua venissent via pactus fuisset. vel Transilvaniam ab omni fere milite vacuam antequam a Giurgovo Domum se recipere potuisset pervastare vel Exercitum Transilvanicum antequam domum pervenisset in ipso itinere circumfundere potuisse. Missus a Chamo Legatus simul ad Regem fuerat. Ei felicem Herburtum Zamoscius adiunxerat, qui et omnium rerum spectator, quomodo gesta quæq; essent renuntiarent, et ut Tartarus tuto ad Regem perveniret, curaret. Postulabat ut pax iis quibus sub superioribus Regibus fuerat conditioq;

confirmaretur. eadem

confirmaretur. Eadem de re Rex quoq; Legatum suum ad Chamum mitteret. Responsum prius cum Turca more Maiorum de pace constituendâ cum foederis Tartarus appendix esset, non satis aequo animo accepit. Ut qui cum Turcis non modo aequarent se iam gloriâ, verum etiam iis se praeferent, nihilominus dilatus. Praeterquam enim quod cum Turca prius constituendum esset, et Comitia etiam interim Rex habiturg esset, et quas conditiones foederis Principes Christiani proposituri essent, perspectum se existimabat. Etsi Valachia iam Tartarus excesserat, non dum tamen omni vel metu vel suspitione Armorum Scythicorum liberata videbatur. Chamus quidem ipse cum maiore exercitus parte Domum se receperat. Maior natu Frater Feder Chereius Salgam vulgo vocant quod et dignitate et successione proximum a Chamo nomen esse cum ℛ2000. in ulteriorem Danubij ripam Turcicae ditionis in hibernis erat, et quamvis in Transilvaniam et Hungariam maxime intentus esse videbatur, ut apud Barbaros omnia tamen infida erant. Accedebant huc Transilvanorum et ipsius maxime Rosvani in Valachiam minae, qui et Georgovana expeditionis successu elati, et impressionis Tartaricae metu liberati non satis habebant. Si Transilvania et Hungaria ab incursionibg Tartarorum intacta eo anno servata fuissent. Nisi Valachiae quaq; per fraudem et proditionem a Rosvano primo occupatae, deinde ultro desertae arma insidiaq; intentavent. Staq; cum et Hieremias ipse securitatis suae causa praesidium peteret, at vero Regnumetiam parte aliqua hybernorum et stipendiorum eloneare Polonia Zamoscius vellet. Aliquot turmis Equitum qui Hieremiae stipendiis moverent, apud illum reliquerat. Quibus per absentiam Zolkievij Praefecti Militiae Campestris Joannem Potockium Praefectum Camenecensem Valachiae vicinum praefecerat. Hic Stanislaum Hanscium Legatum habebat. Etsi frequentes minae Rosvani Transilvanorumq; ad illos deferebantur vix tamen inducere in animum poterant, ut tempore tum alienos non modo inter Christianos vicinos affines etiam Principes vi atq; armis turbare aliquid vellent. Staq;

et pauci omnino circa

et pauci omnino circa Hieremiam erant, et ipsi negligentius age-
bant; partim a signis aberant. Inter alios Potocius, cuius summa cu-
ra potestasq; partis eius Exercitus credita. Cum subito crebris Nunti-
is adfertur, Rosvanum summa celeritate recta cum Exercitu ad So-
caviam accedere. Clansius quem suo loco Copiis iis Socavia tum e-
rant, Potocius profecerat. Nuntiis ad Potocium et vicinas turmas dimis-
sis quo loco res esset, utq; quantum possent accelerarent, nuntiare.
Habebat Rosvanus quemadmodum a captivis cognitum fuit peditum
circiter 4000. partim veteranorum suorum quos ab Aarone abduxe-
rat, partim quos novis stipendiis adiunxerat, partim Siculorum
qui iussu Transilvani secuti cum fuerant. Equitum item a Tran-
silvano hastatorum circiter 2000 Potocius vix duabus ante pugnã
horis, cum summa celeritate contendisset accurrit. Quod autem Op-
pidum sine ullis munimentis apertum esset, neq; ob loci quem com-
plectebatur amplitudinem munire posset, ne duci quidem aut su-
stineri aliquamdiu hostis posset. Cum exiguum tamen omnino spa-
tium et de tota re consulendi et cognoscendi locum, aciemq; instru-
endi haberet, quæ ad concordiam pertinerent omnia experiunda pri-
us ratus. Mittit ad Rosvanum qui ut arma potius in infideles ~~pe-~~
~~tius~~ stringenda, a Christianis abstineat, eum hortetur, si quid
controversiæ sit duorum vicinorum affiniumq; Principum disceptа-
tioni potius permittat. Tanta victoriæ fiducia domo profecti fue-
rant, ut satis constet et ante prælium non modo victoriam de To-
lonis et Valachis nuntiasset, ad externos aliquot Principes eos dimi-
sisse verum alicubi supplicationes eam ob rem indictas habitasque
fuisse. Itaq; tantum aberat, ut legatione hac semoveri pateretur
ut potius multis in Regem gentemq; Polonicam, tum nominatim
Zamoscium opprobriis coniectis, iam irrideret, nullaq; mora inter-
posita agmen versus Socaviam, ad quam nostri constiterant, rape-
ret, aciem unam instruxerat ita ut in fronte 500. Equites essent, hos
ce peditum dena aliquot signa sequebantur, hos reliqui Equitatq;

Equitatum autem

Equitatum autem quod veli quum Peditum erat claudebat. Signa Transilvanica omnes fere praeseferebant maxime Equitatus vexillum, quo Imperium Valachiae Rosvano Princeps Transilvaniae confirmabat, prae caeteris ornatum expandebat. Altiore loco permontes ducebat, cum humiliore loco contra minores consistendum fuisset, quo fiebat ut eo magis etiam Exercitus eius in oculos nostrorum incurreret. Sinistrum latus curribus et impedimentis tegebat. Dextrum tam illorum quam Nostrorum valles quidam ad fossas usq iniustam longitudinem ab ea parte excurrebant. Nostrorum cum diversa in loca dispersi fuissent, neq in tanta celeritate tam cito convenire potuissent pauci admodum erant 1000. circiter Equites 400. Pedites. Quod quidem tantum Copiarum erat id in diversas acies, qua una re victoria stetit, dispartitum. Loco Velitum 100 circiter Valachi Equites ante aciem erant. Post hos frons duabus turmis, quarum unam Chanscius, alteram Zebrzydovius ducebant, attributa fuerunt. Sed partim commodioris loci capiendi causa, partim venti declinandi ad dextram aliquanto fluxerant, ita ut qui in sinistra ala erant Tvorbuncius et Mileuscius singulae turmae, anteriore aliquanto ante illos loco constiterint, hosce etiam Zahorovij turma, cum vallis prospectum eius eriperet, antecederet turma, una Sclopetariorum Porizij, cum sinistra ala etiam attributa ei esset. Hac mutatione aciei plane in ipsam frontem pervenit. In subsidiis ipsius Praefecti Camenecensis Potocij, Fratrisq eius Stephani, in sinistra autem parte tertij Fratris Jacobi singulae turmae erant. Joannis Drohovij Praefecti Premisliensis Sclopetariorum turma in media acie pro robore erat: circa illam Peditatus, quem Albertus Vitoslavius et Chlopicius ducebant. Ad sinistram circa Valbem de qua supra ostensum est, aliquot tormenta maiora Campestria collocata dextrum Rosvani latus petebant. Haec quod Cosacorum et Peditatus Valachici erat, curabant. Priusquam ad teli ictum perveniretur

bis in hostem tormen

bis in hostem tormenta emissa, ex quibus inter alios Valentinus Girge unus ex Præfectis Peditum interfectus, Postquam ad manus proventum Valachi mox prælio excessere. Zebrzidovius cum turma sua cum Christiana autem quod Chanscius penes Potocium curabat, Christophorus Brovicius a dextro latere in hostem invecti. Zebrzidovius strenue pugnans in facie et manu vulnus accepit, cumq impetum hostis, quo confertus erat, vix sustineret, Præfecti Camenecensis, et Fratris eius Stephani Potocij, turmæ subsidio iis venerãt, simul Sclopetarij Poriciani, a Vierzbovio turmæ Vicario in mediam eorum aciem inducti super Zebrzidovij turmam, a dextra Tvorzancij et Mitenscij singulæ turmæ, sub valle de qua dictum est constiterant, quæ cum ipsæ etiam progressæ fuissent ipsa hostium Castra inciderunt opinioneq celerius ea partim disiciebant, partim cœperant, Equitatus fuga quoq Peditum traxit. Cum Peditatu Rosvanus ipse erat, quod satis Equitatu suo et Castris a fronte tectum se existimaret. Interim a tergo Equitatus sui ad occupanda tormenta se convertit. Cum Rosvanus ipse complures sua manu interficeret, et reliquos ad pugnam incitaret, Valachi et Cosaci qui circa tormenta erant, fuga tormenta deseruerunt. Mox atq Equitatum cæsum, capta Castra vidit, ipse quoq re desperata cum peditatu in fugam se dedit. Droiovius Turmæ et peditatus propter dubia belli, eo quo constiterant loco retenti reliquæ turmæ omnes fere fugientem hostem secutæ. Rosvanum a peditatu in fuga ea distrahere, qui aliquot secum assumptis, sinistram versus a reliquo peditatu digressus in Pagum quendam evaserat. Ubi cum vestem et ipse, et qui cum eo erant mutasset, illi qui vestem præbuerãt, a vicinis territi, quod hostem tecto recepissent, cum deinde ut potius periculum nocte effugerent, eis persvasissent, domibus abditos conclusissent. Indictũ ipsi ultra fecerunt, iis qui ad persequendos ab Hieremia missi fuerunt, illos dediderunt. Capti cum illo Frater ipsius tumpleriq Magistratus eius ut Kula:

stratus eius ut Kulavir quidam Wisternik, et Logofeta, nonnul-
liq Alij. Ex Hungaris Mathias Sekel qui 100 Equites duxerat, Elias
Cosaci qui 1000 Equitibus ab Aarone abductis praeerat, in pratio pe-
riere, reliqui etiam omnes vel a Valachis, ad fugam hostium con-
currentibus, per montes silvasq errantes excepti caesiq, vel capti. Torme-
ta aliquot Campestria, signa fere omnia capta, praeda maior etiam o-
pinione cuiusquam fuit. Quod enim ad certam spem Principatus profe-
ctus fuisset et suppellectilem omnem Aaronis et quidquid deinde ea
Provincia compilarat, nonnihil etiam Targovestianae et Giorgovianae
praedae secum habebat. Rosvanus et Valachus captivi Hieremia valisq
petentibus maxime autem Aaronem perfidia captum, saevitiaq in se
accusantibus negari non potuerant. Rosvanus ipse quiq alij proditio-
nis in Aaronem crudelitatisq in alios authores, vel adiutores esse pu-
tabantur, palis suffixi, suppticio Valachis familiari, et vel a Turcis usur-
pato. Nostris crudelitatem magis supplicij detestantibus, quam disvade-
re valentibus, alij nonnulli inter quos Frater Rosvani capite truncati, Ro-
svano ipso spectante atq ad Fratris supplicium ex dolore etiam in palo se
commovente. Ungari Siculiq partim mox partim aliquo intervallo post
sine pretio omnes dimissi.

Itaq Rosvano profligato, et Hieremiae Principatu tradito pacata Valachi-
a, Transilvani cum reliquam Christianitatem fere omne quaevellis implevere.
Tum maxime ad Summum Pontificem et Caesarem gravissime Regem Regnuq accu-
sarent. Quibus de rebus cum uterq accurate scriptas dedisset, literae ad utruq da-
tae quibus quomodo ista acta esset ostenderetur. Tum ad Summum Pontificem Lau-
rentius Gembicius maior tum Regni Secretarius post Regni Cancellarius Epus
Culmens. Vladislaviens. magnae in Repub. expectationis, missus demonstratu,
et si iure, quod vetustissimum Reges Poloniae in Valachia haberent uti Regnu
hoc posset, neq si vel Regnu hoc sine cuiusqm iniuria repentino periculo libe-
ratum fuisset, nemo aequius reprehendere id posset, vel deberet: quod Patriae
cui omnes omnia deberent quies seu salus potius aliorum commo-
dis praelata esset. Et si deniq Provincia ea ab illis, qui contra fidem
eam occuparant, ultro deserta fuisset, ita tamen potius haec acta fu-
isse. ut non modo

ysse, ut non modo vicina Christianitatis, et non postremo loco illorum ipsorum fortasis, qui hanc ipsam ob causam Regnum criminarentur commodis consuleretur. Retardatos impetus Bassa Synani, qui dum veretur, ne a nostro Exercitu Valachiam iam ingresso, in angustiis retineretur, includeretur, dum Tartarica auxilia ideo expectat, omnem fere reliquam aestatem inermem atq otiosam traduxerit. Tartarum ipsum a cervicibus Christianorum aversum, non modo quod pectoribus nostris arma furoremq ipsius excepissemus, sed in conditionibus diserte etiam exceptum fuisset, ut a brevissimo temporis spatio prefinito se reciperet, et sine maleficio non alia via se reciperet, quam qua venisset. Quae ita certe re factum, ne quemadmodum superiore aetate adhuc usq diem arma Tartarorum hoc anno Christianitas censerit. Transilvania autem Hungariaq cum a tergo noster Exercitus tutam eam praestaret, utraq illa non modo citeriorem sed ulteriorem Valachiam ac Transilvaniam ab ea parte defendendi servaret, et ad arma vivesque contra hostem contrahendas, aliisq locis opponendas, quantum spatij ac facultatis datum. Ista enim causa mora nisi primum Turcis deinde Tartaris obiecta fuisset, ut de Turcis taceretur. Tartaros certe ipso tempore quo in ulteriorem Valachiam Exercitus Transilvanica progressq fuerat, vel Transilvaniam priusquam ille domum revenisset invadere, vel si ad Exercitum illum recta iter convertisset extra Transilvaniam facillime illis occurrere potuisse. Valachiam quidem citeriorem qua una cum memoria nominis Christiani, qua in illa reliqua est funditus usq quin periisset, manifestissime Exercitus nostri adventu servatam fuisse, qua quantum cultura habitura fuisset, si hosti quemadmodum in ulteriori illa grassari licuisset, vel hodie fumanti illi adhuc acerbissima impressa vestigia facile ostendere, ut eo qua plura Capitum Christianorum millia in teterrimam servitutem abducta constaret, quam miseris hisce bellis & ulla fere Provincia abducta sint. Quotamen ipsa etsi non minus e re Universae Christianitatis, quam Regni huius acta sint, ita tamen acta esse, ut omnia in hunc usq diem integra relicta sint, hodieq omnino vel ad societatem cum reliquis Principibus Christianis accedere Regnum hoc possit, vel si illa certis et aequis conditionibus coire non possit, hac cum nullius iniuria aut incommodo, cum magna autem Christianae partis salute coniuncta rata habere Deus Maximq facere: ut serio Principes Christiani et societate hac contra communem hostem cogitarent, et non tam remoribus obtrectationibusq aliorum quam

busq Aliorum, quam Armis cum hoste certarent, iugulam deniq poti-
us quam pedes hostis peterent. Neq enim in Poloniæ finibus bellum con-
stituendum ubi et pacata potius a tergo illis esse illorum ipsorum in-
teresset, et non minore cum sumptu apparatuq quam si sedem hostis pe-
terent, sine autem ullo fere opere pretio tanquam in Provincia plana
et aperta et nuda quæ potentioris occupationis semper futura esset,
bellum administraretur. Apud prudentissimos Principes, quam Pon-
tificem, tam Cæsarem plus ratio atq æquitas, quam invidia valuit.
Sub idem fere tempus acto circiter Vladicæ seu Episcopi Russiæ Re-
ligionis cum Metropolita seu Pontifice suo consilio habito. Concordiã
in consilio Florentino inter Græcos et Latinos olim constitutam, ac o-
bedientiam summi Pontificis Universalisq Ecclesiæ Catholicæ acces-
serant. Legatione Gembiciana cuius supra mentio facta est ab i-
pso Rege Summo Pontifici commendati admittente Gembicio, ei-
dem sanctæq Sedi Apostolicæ reconciliati fuere, duobus ex corpo-
re suo Legatis missis, Adamo Pociey Wlodsmiriense, Cirillo
Tirleo Luceoriense Episcopis, Patriarcha tamen suo Constanti-
nopolitano præterito. Venerat Vilnam Nicolaus Varcocius Lega-
tus Cæsareus Silesius e Moschovia cum eodemq simul Legatus Mo-
schoviticus Michael Ioannis septuagintaq circiter lani diversarũ
pellium pretiosarum, in auxilium contra Turcam. Contra quem
Legatus etiam Pontificis Alexander Comulæus, de fœdere Moschũ
appellarat, diligenter id apud eum procurarat, cum satis huma-
ne se Moschus ad commune fœdus obtulisset sine Rege tamen
Poloniæ quenquam se suscepturum negarat. Ita Comulæus re in-
fecta dimissus, in Lithvania postea non modicum tempus hæsit.
Sub idem etiam tempus diversæ Religionis homines Thoruny Con-
ventum habuere. Primarios aliquot e suis partim Senatores, parti
Equestris Ordinis Legatos ad Regem misere. Gravamina illorũ
potissima hæc erant. Synagogarum violationes, quod in iudiciis Tri-
bunalium, ad testimonium non admitterentur, in honoribus præte-
rirentur, cadavera eorum exarentur, et alia nonnulla. Publice
enim auditi. Quemadmodum Conventus a Rege indictq illis non fu-
isset, ita Legatos ex eo agnoscere necesse non habere. Si quis privatim
apud Regẽ ex illis negotij aliquid haberet, aditum ei ad Regem patere.
In Aulã Turcicã Adrianus Rembovius missus in spem fidei publicæ
in Legatũ petendæ causa, maxime ut quo animo in Regnũ esset cognosceret.

Liber Secundus

# LIBER SECUNDUS

Quemadmodum ante ostensum est, Kozacij Nizowij graves Regni esse cœperunt, de quo genere hominum et si superioribus etiam libris hic mentio facta est. Non alienum tamen fortassis erit, vel repetere ea, vel accuratius commemorare. Kozakorum nona Turcis seu Persis oriendum est qui sua lingua publicarum viarum latrones depredatoresq; Kozakos vulgo vocant. Et si etiam Patrum Avorumq; memoriâ pleriq; vel rerum Capitalium damnati, vel alia causa exules ad Inferiora illa loca Borystenis ex diversis Nationibus confluere soliti fuissent et vel Tartaros, vel Mercatores præsertim Turcicos infestare maxime tamen post pacem inter D. Memoriæ Stephanum Regem, et Ioannem Basilidem Magnum Moschoviæ Ducem factum, aucti fuere. Exercitu enim dimisso (cum ut fieri solet) non pauci ex rapto in hostico vivere sveti, laboris partim impacientes, partim insveti, ijs se adiunxere: Ita numero et viribus aucti, incursiones in vicinas ditiones Confœderatas et si aliquando etiam eas infestare soliti, frequentius tamen in eas facere, prædasq; ex ijs agere cœperunt. quemadmodum dimisso mox Exercitu manufacta, Præsidia Turcica ex hac parte Nestri versus Tehiniam excitata Iacilium et Parnam oppugnatione captam diruunt Villas vicinas Turcicas et Tartaricas incendunt, diripiunt, homines alios occidunt, alios in servitutem abducunt. Nestro Tehiniam versus traiecto Oppidum diripiunt incenduntq; Castrum quamvis veteris, firmi tamen operis ex muro Sendziakus facile fuit tutatus, longe lateq; per Nestrum se receperunt. Et si Princeps Turcarum ægerrime id ferret, damnaq; sarciri postularet. Virtute tamen Stephani Regis famaq; rerum, maxime post Moschoviticum bellum motus lenibus conditionibus acquiescere, refusionemq; damnorum urgere, postea desistere necesse habuit. Eo tandem licentia eorum erupit, ut Imperium Maiestatemq; Regiam atq; Reipubl: planè contemnerent, pro libitu quotiescunq; eis videretur in vicinas ditiones Turcicas atq; Tartaricas cum quibus fœdera a Regno intercedebant incursiones facere. Officij a Rege Stephano admoniti Nuncium a Rege missum Glebocium quendam interficiunt et in Borystene mergunt. Licentiam tantam Reipub: et periculosam futuram Rex Stephanus non diutius ferendam gravissimeq; vindicandam ratus, morte appressus fuit. In Augusto enim cum id accidisset, Decembri sequente mortuus fuit. Morte ejus cum maiores etiam Spiritus sumpsissent, præsidium Turcicum Oczakoviense in ostio Borystenis situm invadunt, locum et natura et opera satis munitum, scalis tamen adorti nocte capiunt. Turcas plerosq; vel interficiunt, vel in servitutem abducunt arcem incendunt, diripiunt. Sub Autumnum postea Moldaviam ingrediuntur. Palatinatum Vallachiæ Petrus erat cui, animum pro arbitrio commodoq; suo sufficere cogitabant. Petrus primo impetu eorum cessit, postea

auxilijs Turci:

auxilijs Turcicis confirmatus aliquot prelia cum illis habu
it, ita tamen ut maleficijs non paucis in Valachia edi-
in columes in Stahiva sua Czerkasium et Sniahinum se re
cuperent. Verum quemadmodum supra ostensum est, per
aliquot Annos maxime quo tempore sine Exercitu Pol.
erat varie tam in Praefecturas Regias quam posses-
nes privatorum maxime Palatinj Kijoviens. caeterorum
abijs scnibus, diversiq; generis vis edita. Atq; Duobus Obro
gia Prelio, ingvo nati pauci occubuerunt, superati. Ja Ale-
xandrorum Visnovecium Praefectum Czerkasq; aliosq; ac di
tiones eorum hostiliter se gerebant, atq; Universum fere
tractum Kijoviensem oramq; finitimam sui juris fece
runt, fide jurejurandoq; omnia fere oppida tam Regia
quam Nobilia sibi obstrinxerant, Vim, caedes, rapinas pro
libitu ingvoscunq; edebant. Viarum dominibus formidabiles
plerisq; erant. Quam insolentiam etiam non parum Casa
ris Rudolphi ad eos Legatio auxerat qui ad belli Turci
societatem eos invitans pecuniam inq; vexilla aliquot
tympana. hibasq; argenteas aliaq; Imperij signa ad eos
miserat. Quibus animati numero ad 12.000 coacto, Cisboriam
am invadunt, locoq; Turcarum Valachos populantur. Eo pri
mum anno duo millia Equitum publicis stipendijs haberi ce-
pta. Sed quod Hyman Bassa in Ungariam cum Exercitu progres
sus fuisset unaq; cum Chamo Tartarico bellum ibi gereret.
Exercitus hic cum ab Hungaria parietem observare coactus
fuit. Kozaci interim eumpene quemadmodum supra ostensum
est per finitimam Rusiae oram grassandi campum se nacta
vosvati passim per eum in homines saeviebant. Sub eundem hy-
emis Turcae Tartariq; in hyberna, Zamoscium Cracoviam ad
Comitia se recepserat. Stanislaus Zolkievius Campestris
militiae Dux Palatinus nunc Kijoviens. cum exercitu eo quem
hunc Reipub. habebat Podoliam versus et finitimam oram
progressus fuit. Kozaci facinorum suorum sibi conscij ictio
non expectato ulterius Bracloviam cedunt, neq; ibi diu sub-
sistentes quemadmodum supra ostensum est cum Aarone in
gratiam redeunt pecuniaq; aliqua ab eo accepta contraq; Tur-
cas in auxilium evocati a quo sibi nub id tempus aperte defecerant.
Jehiniam praesidium Turcicum irrito conatu cum eo tentant.
Sed et per anni tempus quod hyemis hiem erat, et quod for-
menta bellica graviora non haberent, facile ab Achme-
te Sendziako Jehinense reiecti. Oram tamen circumcircum
tem insularem, quae inter Danubium et Nestrum sita
est longe lateq; populantur vastantq; ab q; Boscano, qui
sub id omnino tempus Aaronem iterum sueum coperat, als
quot millibus Talerorum accepti e Valachia se recipiunt
littoreq; Podoliae Borysthenem versus in Kijovien. tractum
se transferunt. Duo praecipue Colluvici illius hominum
Duces erant Strehori Koboda et Simon Palewajko. Koboda

apud majorem

apud majorem partem, ut maxime antiquiores Nizovios in
precio erant. Nalewayko apud fugitivos plerosq; qui vel
scelere aliquo perpetrato vel Dominorum Imperio reli
cto, tanquam ad asylum eo confugerant audacia potissi
mum et scelere magnæ virtutis opinionem sibi conciliarat,
In æmulationes et simultates ad extremum a parte inimi
citiæ inter Zobodam et Nalewaykum extitere. Nalewaj:
ko imparem se Zobodæ videns et quem major pars Koza
korum sequeretur, sequatium suorum ad 1000 circiter
et aliquot centenis delectis, metu militis, qui per Podo
liam in stationes distributus erat, magnis diarijs aliquot
denorum miliarium in singulos dies incitatis per montes
Cassoviam, in Transylvaniam, inde ad Archiducem Maxi
milianum in Hungariam se proripit. Sed ne ibi quidem diu
commoratus aliquot post menses prædijs possessionibusq; No
bilium more suo deprædatis, alijsq; maleficijs edictis, Mu
chacio per Samborensem agrum Luckum transit. Exercitus
Regius in Moldavia tum erat. Nalewayko Lucko indi
tiones M. D. L. mox progreditur ibiq; primum maxi
me grassari incipit, inter alia Mohilov Oppidum Em
poriumq; satis celebre diripit, incenditq; ad aliquot Cen
tenorum millia damna partim præda, partim incen
dio in eo dedit, alias Arces non paucas, partim Regias,
partim Nobilium dirripit: tormenta pulverem
aliaq; instrumenta bellica quæ ei viderentur ex arci
bus aufert, indeq; cum præda ea in fines Regni extre
mo Augusto Volhyniam redit. Aliaq; manus Zobodi
ana per integram æstatem (per quam Zamoscius
cum Regio Exercitu partim transitum Tartarorum
observabat partim Valachiam ab impietate Macho
metana ad quam redigere eam cogitabat, vindica:
bat) In Kijoviensi tractu fere more suo in Nobi
litatem grassabatur Cogitaverant in Moldaviam,
iamq; tum non procul aberant, sed Zamoscij Impe
rio absterriti in Kijoviensem Agrum retro cesserant.
Animadvertentesq; tot hominum numerum Unum so
lum alere non posse in duas partes se dividunt. Una
in Kijoviensi agro cum Zoboda Saulo sustulit. Alte
ra cum Matheo Saula in Magnum D. Littæ se trans
fert quemadmodum supra ostensum est. Inimicitiæ
tum inter Nalewaykum et reliquos Kozakos erant. Ad
ventu igitur Saule cognito eo celerius è Litvania ne
a Saula in eum offenderetur discedit. In eo tamen veriq;
potius conveniebant, ut ex quocunq; passim prædas age
rent, vim rapinasq; exercerent aliquid negantes recu
santesq; pro hostibus haberent. Cum nulla iam spes
globi ejus servilis, bonis seu pacatis rationibus dissol=

vendi appareret

Nuncios eos secretissime in Exercitu habuerat, ita ut nullus eorum conscius esset. Interim in Cosacos incumbebat, ut quam aptissime Exercitum cum illis haberet. Negotio finito quemadmodum ad alios finitimos, ita ad Vice Capitaneum Czerkasiensem de eo literas dat, quibus propria manu scriptis, quæ gesta essent ei significat, ut et ipse tota de re scire[t] ijs qui subsidio Cosacis Venirent, significaret, simulq; nomine suo moneret, quæ machinarentur Zolkievium jam scire: si vel minimum in ora finitima damnum dedissent. Jam in inferiore Borysthenis loco eos se indagaturum. Vice Capitaneus Czerkasiensis literas eas Zolkievij ad eos mittit. Jam 2. tantum milliaribus a Czerkassio in eos incidebant ubi mox subsistebant, Consilium q; inter se quomodo in gratiam cum Zolkievio redirent, habuerunt. Ministros illos Zolkievij ad se accersitos, Vinculis solvebant donatos placabant, ne apud Zolkievium de se quererentur. Literis tabellis humi nubus ad Zolkievium datis Capsivium Turcarum muneris loco ad illum mittunt. In literis quemadmodum in legatione per nuncios alios, delicti sui culpam confessi sunt, Veniam q; ejus petebant, fidelem postea Regi et Reipub: operam se navaturos promittentes. Nuncij non procul a Kijovia revertentem Zolkievium offendunt. Et si digna illa visa dissimulanda ei res sunt, cum indignitatis ratio esset. Maxime si ad inferiores partes Borysthenis vetro cessissent. Exercitus laboribus incommodis longinquitate q; viæ attritus, classis nulla parata erat. Supra q; omnia ex exitu Comitiorum alibi Exercitu eo quem secum habebat, opus futurum sciebat. Quocirca igitur ejs dimissis Exercitum diversa in stativa recipiendi sui causa illis assignata disponit, ipse Domum versus discedit. Sub Leopoli Captivi, tormenta, signa, insignia q; alia Cosacis adempta, Zamoscio tanquam supremo Copiarum Regni Duci tradita, exhibita q; ab eo ad Regem missa. Nalevajko et alij Deditij Varsaviæ, postea supplicio capitali affecti.

Dum hæc quæ supra commemorata sunt agentur. Tractatus de Fœdere Turcico, quod summi Pontifices summo studio urgebat, ad futura Comitia reiectus erat. Cum igitur et bellum Turcicum et vicina Hungaria maxime iam arderet, et Cosacci Dominium turbarent, periculo Regnum vacare non videretur, in 26 Martij. Varsaviam Comitia Rex indixit. Ante Comitia Nicolao Zebrzydovio Palatino Lublinens q; nunc Cracov q; per Joannem Tarnovium Vice Cancellarium, Marschalcatum Rex contulit. Mox q; 6 Martij Cracovia Varsaviam ad Comitia profectus est. Relatio a Joanne Tarnovio facta de fœdere, de Vallachia et licentia Cosacorum. Sequenti die Epus S. Severi Germanicus Malaspina, et Legatus de latere Cardinalis Caietanus, sed ex post Comitia demum venerat Orationem de fœdere habet. Præcepti Divini authoritate populo suo Comer-

cia cum alijs

cia cum alienigenis prohibentis. Trapezunciorumq exemplo Imperium suum integrum conservantium quo ad cum Turcis se non miscuissent fœdus svadens. Extat nunc hæc Oratio apud Turnerum inter cæteras orationes. Zamoscio pro opera in Valachia præstita actæ gratiæ, in Cosacos pœnæ decretæ in fœdus certis conditionibus a plerisq Senatorum sententijs consensum. Nuncij extra relationem alias res inferre maxime de decessione assecurationeq Estoniæ. Sed cum de fœdere maxime agendum esset. Cæsar etiam pro rei gravitate ex primarijs Senatoribus suis Andream Epum Vratislaviensem et Andream Gallum, Popiel Baronem a Lobkowicz ad comitia miserat. Designati qui cum illis agerent Stanislaus Karnkowski Archiepus Gneznenq Georgius Radziwil Cardinalis, Hieronimus Gostomski Palatinus Poznanq Christophorus Radivil Vilnensis Joannes Zamoscius, Leo Sapiecha Cancellarius Litq Et ex Nuncijs nonnulli, In ædibus Legatorum Pontificiorum conventum. Initium factum ab Archiepiscopo Gneznenq atq conditiones superiorum Comitiorum Cracoviensium potissimum responsum, è quibus excussæ maxime quinq potiores, quatuor aut quinq Congressibus solutum. Cum Cæsarei Legati ut sine scitu aut rati habitatione Cæsaris quidquam constituerent, Mandatum se non habere faterentur. De Archiduce tamen Maximiliano seu ijs qui Transactioni adhuc Bendzinensi deessent satis facturum iri subsidium etiam pecuniarum pro facultatibus suis ita bellis alijs etiam distractum Cæsarem, tamen in Confœderationem eam nobis constituturum. Mandatis ante exitum acceptis ita confirmarent, ut nisi ista præstarentur, totum negotium Societatis ejus seu Confœderationis irritum esset. De Moldavia etiam seu Valachia a nobis actum ut in eo quo nunc statu esset permaneret, neve turbaretur, maxime a Principe Transylvaniæ a quo Hieremias etiam quamvis Indigena et Nobilis Polonus literis tentatus sollicitatusq dicebatur. Tam a Legatis Cæsareis quam a Pontificijs sine dubitatione pax promissa. Maxime autem Regem sollicitum habere ulteriorem Valachiam, qui in re duo maximè metuat, idem nimirum quod in altera Valachia ne quod ante moliti hostes fuerunt, nunc perficiant, ut istam quoq Provinciam munitionibus, et Bassa perfici collonijs occupent. Aut alterum ne illa potissimum Tartari transeant cupere Regem Utriq rei occursum, sed pro providentia sua quod fieri posset, facile ipsos perspicere. Difficilius etiam sese de Tartaro superiore anno in ordinem eos cogendi, singularem fuisse. Si Kilia aliaq maritima loca occupata fuissent. Nunc hoc etiam accedere quod remotissima Provincia sit, itaq hoc quidem optare se posse. Alterum autem fortassis etiam præstaretur, si ex communi consensu fiduciarius aliquis interim Palatinus ubi collocaretur, totam rem Cæsari

et ipsorum arbitrio

et ipsorum arbitrio promitti ipsi viderent an expediat. Mentionem
S. Severi ab Episcopo de Moldavia iniecta ipsam etiam dubi
tationem esse fieri quod debeat cum imagine agrio isto ad tem
pus collocate, Turcâ deinde discesserint. Ad ulteriorem de
finitionem totius negotij quemadmodum, et pleraq; alia
delata res fuit eo utrinq; cauto. Regem quidem ad Barba:
ros missurum, Pacem tamen nullam cum illis iniiri de
bere. Ante exitum Comitiorum futuræ dum dies dixi Jaco
bi esse Julio dicta, cum non solum ex senatu complures,
sed exteris q; etiam Palatinatibus Nuncij ei interfuturi
essent, qui ex diversis locis tam cito convenire non possent,
de loco ad Cæsarem relatum ejusq; arbitrio permissum.
Locus postea Cracoviæ a Cæsare delectus, sed lente ad utriq;
convenitum ad medium fere Augustum. Igitur 2 Augusq;
cum non modo Legatus summi Pontificis de latere Henricus
Cardinalis Cajetanus iam ab aliquo tempore Cracoviæ fu:
isset, verum Cæsarei etiam Commissarij iam advenissent,
tum pleriq; ex nostris delegati partim præsentes iam
adessent, partim in dies adventarent. Visum legato fuit,
ut initium negotio huic a publico solenniq; de Spiritu
Sancto Sacrum fieret. Habitum id fuit in æde majori D:
Stanislai vinfora ab ipso legato cum Cæsareis tum nostris
pleriq; Commissarijs id frequentantibus. Eodem die nostri
Commissarij in ædes Cardinalis Radivilij Episcopi Cracq
tanquam Principis Comitiorum a Stanislao Regni
convocati fuerunt, qui locus postea etiam semper nostri
consilijs alq; conventibus habitus. Fuere Cæsarei Commissa:
rij Joannes Kutariski Electus Archiepiscopus Colocensis
Epus Laurinensis et Comes Regni Hungariæ Cancellarius
Andreas Epus Vratislaviensis Supremus Silesiæ Capita-
neus, Joannes Christophorus ab Hohenstein, et Adamus
Gallus Popiel, ab Hasim in Pachenstein Baro Joannes
Consiliarij Cæsarei, Joannes Joo personalis præsentiæ locũ
tenens. Et nostri etsi et Karnkovius Archiepiscopus Gne:
nens et alij complures designati fuerunt, hi fere tantum
fuerunt, Georgius Radivilus Princeps legationis Lauren:
cius Goslicius Episcopus Premislien:is. Samuel Deus Osto:
roga Castellus Cracq Nicolaus Firlejus Palatinus Cracq. Hieronimus
Gostomski Palatinus Posnan: Stanislaus Ossinscius Palatinus Sam:
dicien:is Lescinius Palatinus Brestenq Andreas Zebrzidovius
Mareschalcus Regni, Leo Sapiecha Cancellarius Petrus Deme:
trius Chalecius ejusdem Ducatus Thesaurarius. Cum ab initio
mox orationis sua Legatus ostendisset non nullos rumores ad
Summum Pontificem de Rege et ordinibus delatos fuisse qua
si nihil omnino serio, sed simulate omnia in negotio hoc
abijs agerentur, non habuisse tamen illis fidem Summum
Pontificem ostendisset. Necessitatem sibi impositam nostrum
existimarunt ostendendi per quemeni potius quam per Regem
aut per Ordines stetisse, et stare quo minus in negotio hoc sta:
tutum quid quam adhuc esset sed plus ab illis hactenus præstitum
esse fuisse.

tum fuisse, quam expectari potuerit aut debuerit. Hortatus ea-
dem Oratione Cardinalis nostros fuerat, ut de quibus agendum
esset ipsi proponerent quod ad Cæsareos Legatos Nostri pertinere
potius vidicabant ut qui ad societatem eam nostros invitarent,
et qui cum antea certa mandata, se non habere excusare soliti
fuissent, nunc saltem aliqui certi afferre deberent. Quo magis ta-
men studium Ordinum in societate testarentur, dederunt hoc
summi Pontificis tum Legati authoritati ut et præscripto supe-
riorum Comitiorum Cracovij aliqua proponerent, eo modo
ut potius agnoscerent, quid de quaq re haberent, quam ipsi quid
quam definirent, ostenderent, eaq quæ requirerent, iam ante
fere plerisq et a Legatis Cæsareis et a Nuncijs Apostolicis par-
tim oblata partim promissa fuisse, eoq minus vel difficultatis
aliqua vel maius quidquam postulare. Quo testatius etiam
studium suum facerent, ipsius Legati arbitrio permiserunt,
ut a qua ei conditione videretur, tractandi initium faceret.
Cæsarei Legati de duobus tantum capitibus responderunt de socijs
belli et de viribus parat Vemo. Omnesq de eijs diserte ac explicite quid-
quam. Reliqua quæstu nostrorum et eam partem scripti quasi a
Legato communicatam nec vel audire eam necesse haberent qua
defendere non possent, vel defendere qua negari requirent. Non
parum ad existimationem pertinere nostri existimabant, ne ista
res quasi suppressa videretur Ut igitur integrum cum ejs comma
nicare non gravaretur, a Cardinale petierunt, ut vel etiam se
ipsos tradituros illos obtulerunt. Inter Conditiones deinde Condi-
tionem de socijs belli nesi ab initio in ea, quam illi difficillimam con-
tionem putant, stetissent inficiendi negotij causa id interpreta
rentur in suspenso relinquendam existimarunt, Nominatim ve-
ro præter nervum belli. Generalatum etiam Stirimiriani qui desti-
nari ei putabatur, Transactionem Bendzinensem inducias inter
Valachiam et Transylvaniam, ipsumq adeo bus Valachicum. O-
mnibus fere hisce dissimulatis iterum de decabu tamen Condi
tionibus Legati Cæsarei scripto responderunt de socijs minorum
et nervo belli incerhuq fere quam antea. Attq ita ut rationem
istam nostrorum interrogandi quærendiq inreprehensionem
aliquam vocare viderentur, petijt Legatus ut interrogationibus
post hac et scriptis relictis, et coram potius congrederentur et
expresse quod si fadus cœpre vellent, abijt requirerent, ostende-
rent. Ista ostenderunt ut reprehensionem, qua in illos confer
retur, a se removerent et non satis aperte a Legati Cæsarei
secum agi ostenderent. Ut tamen Legato gratificarentur, viva
voce aliquot congressibus deinde actum. Ita inter nostros con-
venerat, ut ante omnia de perfectione transactionis Bendzinen
sis ageretur neq tam præstatione ejus, quam tempore et loco,
tam Iuramenti Archiducis Maximiliani quam ordinum stanga-
rie. Frustra enim cum Ordinibus actum iri videbatur. Nisi ijs
que tanto ante præstare debuissent, prius satisfactum fuisset
exoptq spes esse posset, futura reliqua rata ac firma fore. Legati
Cæsarei non tam rem ipsam recusare quam de tempore nubem
se mandatum habere ostendere. Quæ ultro citroq diu acta mont
tandem nostros authoritas Legati ut ea res suspensa ad alias con
ditiones accederent ita autem suspensum fuit, ut ventra Septi

manas certiorem

manas certiorem Regem Cæsar faceret ante Comitia utrum transactio-
ni Bendrinensi satisfactum esset simulq; tempus et locus ei rei
præfiniretur. Si ante Comitia satis ei fieret. Nihilominus Regi
et Regni ordinibus integrum esset, de societate hac quod vi
sum ei foret statuere. Si etiam non satis fieret, Jus nihilo
minus Regis et Regni, ipsaq; Transactio integra maneret
In omni autem actione ea testati fuere. Nulla se mandata ha-
buendi aliquid habere integrum q; rerum omnibus arbitrium
Regi relinquere. Ulterius deinde negotio progressum. Verba
faciebat Palatinus Cracoq. ostendebat ab illis potius nos
conditiones expectasse quam ipsos proponere aliquid debu-
isse, Cum enim ad tam optabilis boni desiderium quidem quam
diuturno sed tamen optatissimo pacis abduceremur invita-
remurq; ad bellum cum hoste potentissimo. Necesse ubiq; esse
scire nos conditiones, quibus adduci eo debeamus. Dari ta-
men hoc Serenissimi Dni nostri, dari Legati authoritati,
dari studio nostro in tam gravi negotio, ut non quidem in
rem alicujus obligationis. Nulla enim quidquam statuen-
di mandata se habere, sed ostendendi potius, quod nego-
tium hoc regerivere existimaremus, Conditiones aliquas
proponeremus. Ac primum quidem quod maxime contra
tam potentem hostem, invitare Ordines posset numerum
sociorum fuisse, ingratiam legati ipsiusq; adeo causæ tam
præ ullam conditionem in suspenso nunc relicturos, de viri-
bus ac nervo belli visuros, qui si tantus, et hujus modi tam
certus demonstraretur, ut etiam sine nominibus ishi so
ciorum, si non sine periculo, tamen sine certissimo periculo
in aciem cum hoste illo descendi posset. Fieri fortassis posse ut
re ipsa Regesq; Ordines contenti essent. Jam rationem Belli hujus
inibuendam semper Regem atq; ordines judicasse, quanquam
minime bellum duceretur et omnibus viribus sociorum coa-
ctis quam primum debellari posset. Primum propter Re-
gni hujus rationes quæ ut quam citissime de summa rerum
decernerentur, neq; diu bellum duceretur maxime exposcerent
Deinde ære universæ Christianitatis quod hac ratione quam
minimo periculo, quam minime attritis Christianorum
viribus debilitari hostem posse sperabant. Cum exaliorum
autem summorum Ducum, tum maxime prudentissimi quon-
dam, e Turcicorum Regum et rerum gentis ejus potentissi-
mi Regis Stephani suam existimare ad minimum 120000 Exer-
citu opus esse cujus major vel saltim dimidia pars Equitatu esset
cum Equitatu maxime hostis invaleat. Ita igitur non existimare,
neq; enim excerbi mandatis aliquid proponere, si Socij belli 60000
Exercitum habere possent, fortassis Regnum hoc suscipere eorum
ac rationes 40000 Conficiendorum 30000 nimirum Equitum par
tim hastatorum, quibus res maxime contra eum hostem gerenda,
partim levioris armaturæ, quorum non minor usus esset reliquo-
rum 30000 peditum. Inter illos autem qui a Cæsare et Socijs simul
præstandi adminus arbitrari 30000 Equitum esse debere, et ma-
ximam partem Sclopetariorum peditum autem 50000 Hæc ita
acciperentur quemadmodum sæpius declaratum esset Regnum hoc
hominibus magis quam pecunia abundaret, regnum ut adminimum

interdum partem

intertiam partem Militiæ ejus stipendia suppeditarentur, ita tamen ut nihilominus ea quoq pars atq integer Exercitus Polonicus sub ductu et auspicijs Ducum Regni maneret. Ante omnia autem providendum ut hujusmodi Exercitus et copiæ earumq alendarum et sustentandarum ratio, ita a Principio iam constitueretur, compararēturq ut per totum cursum belli, quod finiri in nostra potestate non esset duraret. Ne forte in medio deinde cursu nervus iste belli nos deficeret aut alio conversus non destitueret. Non minus vero necessarium maxime nobis esset, si hostis ille contra nos vires suas converteret, ut ad hujusmodi Regni defensionem si id exposceretur, totius etiam Societatis vires transferrentur. Ne illud quidem prætereundum, si in unum vires conferendæ essent ab alia parte expositos nos fore hosti alij non contemnendo Tartaros ut de parte aliqua Exercitus quæ contra illum relinquenda esset cogitandum fortassis esset. Eodem pertinere instrumentum bellicum ratione commeatus Jurisdictionis et Imperij Militaris et similia.

Cum Legati Cæsarei diem ad deliberandum sumpsissent interim a nobis etiam protestatio de Transactione Bendzens parata fuit. Cumq iterum congressi fuissemus ante omnia Legato tradita Revisa re Legatus, clausulam eam, quæ tum illa erat. Nisi ante Comitia satisfactum illis fuerit. Nihil de Societate hac Rex cum Ordinibus amplius ageret diligenterq ut mutaretur Legato urgente in dubio quasi ad sequentem consessum res relicta De alijs rebus propositis respondit deinde Epus Vratislaviens ut coniunctis Copijs bellum administraretur, vix fieri posse Cæsarem judicare. Nam aut inditionibus Turcicis Exercitus conjungendus aut in Hungaria maxima ea in re incommoda maxima pericula. In primis quidem ob commeatus difficultatem. Deinde vero cum hostis Mense Augusto aut Septembe primum Copias suas contrahere, atq in campum prodire soleat, prælium posse paucorum dierum aut horarum spatio finiri. Cui usui interim Exercitum Polonicum futurum, qui Equitatu maxima ex parte constat ad oppugnationem minus idoneo Præterea vero ne assecuturos quidem eum finem qui spectaretur ut coniunctis Copijs res gereretur. Si enim totus Exercitus cum Cæsareo coniungeretur. Præsidia contra Turcas et Tartaros nos denudaturos et nihilominus necesse fore ut Exercitus divideretur. Si inditionibus Turcicis Copiæ continerentur inevitabile id incommodum secuturum ut tot arces præsidiaq munitissima a tergo relinquerentur, in quibus omnibus vix non ad 30000 hominum ut plurimum esse solerent. Maxime autem ne et a Commeatu et recepta Exercitus includeretur, verendum. Inter præsidia a tergo relicta, ex exercitibus hostiles a fronte oppositos, periculumq esset ne forte totus Exercitus deleretur, ut robivis autem coniungerentur, ex diversitate nationum, morum, linguæ, simulationibus Ducum et Exercituum dissensionibus qui existere in eos possent similibusq alijs rebus, non leviora incommoda metuenda esse. Existimare igitur Cesarem si nostri Exercitus ab ea parte, qua aditus illis in Ditiones Turcicas patet, Turcæ obviam irent, si major vis in nos ingrueret partim Exercitus Cæsarei subsidio nobis mitti posse, eademq ratione vicissim illi a nobis. Quod si ita Exercitus dividerentur, consecuturum Ut Turca suum

quoq dividere neces-

quoq dividere necesse haberet, nam neq in Hungariam cum omnibus Copijs eum accessurum, nisi simul omnes ditiones suas, et vel Constantinopolim ipsam, alioquin non munitam nudare contra nos vellet. Si in Poloniam etiam omnes vires suas transferre vellet, minus metuendum illi a Cæsare fore, ne interim universam Hungariam occuparet.

Atq hæc quidem de primo capite de viribus belli ostendit optare Cæsarem ut multa centena millia in aciem producere contra hostem posset, non plus autem polliceri belle, quam præstare posset 50000 nimirum a se 10000 a Transylvano qui et ante conjunctus cum Cæsare esset, quemq nunc etiam fœdere comprehensum omnino vellet. Ita ut universus Exercitus 60000 futurus esset. De genere militum mandati certi nihil habere sed si præteritum tempus spectetur, tertiam plerumq partem Equitum fuisse, ita ut secundum eam rationem 20000. Equitum futura essent, reliqui pedites. Cæsareum Exercitu ex Cæsareis ditionibus exhibiturum iri, si quid de esset ex ærario suo supleturum. De subsidio pecuniario nobis præstando cupere Cæsarem intelligere, qualem Exercitum et quo loco haberemus, et postea mentem suam de subsidio, ad quod quamvis gravissimis expensis præssus pronus tamen semper fuerit ulterius explicare posset. Ad tempus fœderis quod pertineret posse, nunc fœdus in biennium ac triennium sanciri, ad bellum offensivum gerendum. Intra hoc tempus posse confirmari, vel renovari. Imo vel nunc etiam despici quomodo defensivum fœdus in plures annos constituendum. De cautionibus respondit. Cæsarem habere a Regnis et Provincijs suis mandatum et plenipotentias, vigore quarum fœdus iniri et necessarijs diplommatibus Iuramenti loco stabiliri posset. De Ducibus ac præeminentijs commeatu, Instrumento bellico et similibus non esse necesse verba facere, cum separatim Exercitus haberi deberent. Cum postridie deliberationis causa, quod Cæsareis Legatis respondendum esset, nostri convenissent. Legatus ipse cum altero Nuncio in consessum nostrum venit ut clausula illa in protestatione nostra mutaretur, iterum diligentissime petijt. Causas hasce afferebat quotiescunq ad Summum Pontifiæ hac de re præscriptum fuisset, nunquam significatum ei fuisse, non posse hoc fœdus tractari, nisi prius transactioni Bendzinensi satisfactum fuisset. Nam si id factum fuisset relaturum, prius Summum Pontifiæ ad Cæsarem fuisse et secundum ea quæ inde reportaret negotium directurum fuisse, deinde vero nihil aliud hoc esse, quam portam negotio huic claudere, De re ipsa vix non inter nostros conveniebat, ut nihil mutaretur. Ne tamen cum eo se demisisset ut ipse ejus rei causa ad nos veniret cum repulsa dimissus videretur responsum dilatum. Causa allata minus frequentis consessus. Postea tamen ne nihil authoritas ejus valuisse videretur, ita Clausula ea mutata ut nisi ante Comitia satisfactum transactioni illi fuerit, excusati Rex atq Ordines sint, si ad ulterio res Tractatus non descenderint, neq a quoquam illis imputetur, si tam salutare negotium effectum suum eam ob causam sortitum non fuerit. Cum etiam 6 Septimanarum tempus in priori formula præstitum Cæsari fuisset, intra quod significaret ad D. Martini festu prorogatum est. Ita emendata postea illi tradita. Legatus probavit

satisfactum sibi

satisfactum sibi professus fuit gratias egit. Petijt inde Cardinæ Radi-
vilus ut sub sigillo suo exemplum ejus ederent. Promisit Postea
incertum, qua de causa etiam non satis probare videbatur.
Nam et quod de edenda sub sigillo suo protestatione promi-
serat, mox revocavit. postea quam etiam frustra aliquoties
nostris apellantibus et contendentibus in eo perstitit ita ut
exprimi ab eo non potuerit et in aliquibus rursum contro-
versiam noverit. Inprimis de ordinibus Hungariæ de Maxi-
miliano enim non ita fortassis difficile esse ut ante comitia satis
faceret. Ordines autem Hungariæ quomodo possent: cum et Comi-
tia illorum ad eam rem necessaria essent et bellum invisceri-
bus eorum maxime nunc hæreret. In scripto aliquid mutare
vel ijs nostris non visum est, privatim spes facta, si maximilia-
nus satisfaceret, impetrari fortassis a Rege et Ordinibus pos-
se ut Ordines Ungariæ inprimum quodq commodissimum
tempus differentur. Ad extremum quod in fine scriptum
erat, ut ita convenisse fidem nobis faceret, non convenisse,
sed a nobis propositum disputabat fuisse. Utcunq tamen
esset, hac quoq in re mos illi gestus atq illa quoq verba postea
mutata. Tantum tamen abest ut sub sigillo suo ea ederet, ut po-
tius nostros vix non subaccusaret. Duo dies Augusti quo circum
scripta Comissio reliqui erant. Actum tamen maxime cum Cardi-
nali et de ratione belli coniunctim gerendi et de subsidio pecunia-
rio, et de socijs belli, interquos et Principes Imperij et magnus Dux
Moschoviæ propositi a Cæsareis antea fuerant et cautionibus eorum
et tempore fœderis, quod Cæsarei in biennium tantum volebant
et in iudicijs cum Moldavia Principeq Transylvaniæ, et de alijs
conditionibus ulterius adhuc fuit quarum vel in conventu Cracovien-
si et Varsaviensi mentio ante facta fuerat, et vel a Cardinale poten-
te hactenus dilata. Si quod forte ante elici ab illis posset, quod Or-
dines in spem negotij hujus magis erigeret. Ac de tempore quidem
fœderis ostendebant nostri, optandum quidem, ut vel uno anno
debellaretur, sed cum per quatuor annos iam bellum hoc duret
et tantum tamen adhuc a fine absit, miraculi potius loco ha-
bendum si accidat, quam animo aut spe concipiendum. Verendumq
adeò esse, si ad ordines hoc referatur ut vel hoc ipsum non modo
spem negotij hujus amputet, verum etiam ne curriosiores aliqui
ita interpretari id vellent quasi hoc solum agatur, ut in arenam
tantum cum hoste hoc deduceremur ut postquam illum in nos
converterimus, in medio quasi periculo relinquamur. Offensius
etiam belli vel defensivi discrimen quod a Cesarijs in hac causa
fieret intelligere, se assequi non posse. De subsidio etiam pecu-
niario vix tandem ut notaretur expresse obtento vereri ne mi-
nus expectatione ordinum esset. Si non mille equites Germanæ
stipendijs Cæsari habendi essent, vix non tantum illi in eos impen-
dendum, quantum nobis ejus nomine offerretur. Et si enim illi
non expresserant vel ex ipso tamen legato ante constabat, tantum
200000 ejus nomine offerri, reliquum a Pontifice eaq ratione tam
Florentis Regni societatem non pluris fere quam 1000 Equitum
auxilium fieri. Cum autem inter conditiones eas de præmijs bel-
li etiam essent, nostriq quemadmodum antea Cracoviæ Varsa-
viæq ita nunc quoq veramq Valachiam locaq Regno et Ponto
Euxino viciniora præmium belli maximum sibi proponerent.

Navigationem

Navigationem etiam liberam per Pontum Euxinum Venetias sibi paciscerentur. Nonsine admiratione acceptum a Nostris fuit. Cum in eventum Divinæ benignitatis Victoriæq Constantinopoli ipsa universoq Imperio Turcico diserte Cæsari cederent, certa autem pace relicta, sanguinem atq vitam in bellum id impendere deberent. illos ne de alieno quidem satis vel liberaliter polliceri vel tanquam iam de suo licitari. Cum igitur et tempus iam præfinitum affluxisset, et Legati Cæsarei de plerisq ambigue dubieq responderent, pleraq etiam antea quasi iam promissa revocarent, a Legato ipso quorum per priores legationes spes facta esset, Oratoriæ magis et ad præparandos animos proposita esse declararet. Conventus is sine ullo fere fructu solutus fuit. De summo quidem Pontifice maximæ curæ id negotium ei esse et fuisse satis constat De Cæsare an cordi ei fuerit, dubitatur nam et in primis Comitijs Cracovienę in quibus per Epum Olomucensem et Berkam appellatus Rex fuerat. Cæsar nulla solida mandata Legatis suis dederat verum etiam cum illi Authore Malaspina Epo S. Severi Legato Pontificio ad capita quædam a nostris proposita atq inter alia de subsidio pecuniario liberalius ostendissent, literis eos accusarat, quod progressi eo fuissent, neq rata ea se habiturum ostenderat, ne ve ulterius progrederentur mandarat. Eamq ob causam Epus Olumucensis nondum restitutus gratiæ Cæsaris fuerat apparatum præterea contra Turcam nullum facere per tempus hoc putabatur, magisque pacem spectare, quam bellum. Itaq cum summus Pontifex diligentissime ante Comitia Varsaę de fœdere hoc ut ad Regem referret cum Gembicio egisset. Gembicius autem qui de cessatione ista Cæsaris vulgo iactarentur, mentionem fecisset. Decipiet inquam et me et se ipsum, si nihil aget. Magisq a Summo Pontifice adductum, quam sua sponte de fœdere illo laborare. Cum summus Pontifex nihil omnino præsidij præstare ei vellet nisi vel fœdus hoc perficeret vel per ipsum quominus perficeretur non stare appareret.

Mox post Conventum Cracoviensem 9 Septembę Regina Senior Anna Varsaviæ obijt Quæ etsi ætate ea iam esset, ut non immatura mors ejus videretur Quod tamen Sigismundi primi filia, Augusti Soror Stephani Uxor Sigismundi 3tij Amitta ultimaq Jagiellonię Styrpis ipsaq singularis exempli fœmina fuisset. Universi fere Regni lucta extincta fuit. Eodem mense Conventus Vladicarum seu Episcoporum Russicorum Brzesciæ, ad hominum Religionis ejus indictus a Rege fuerat. Legati in eo à Summo Pontifice fuere Demetrius Solikowski Archiepiscopus Leopoliensis Bernardus Macieiowski Luceoriensis Stanislaus Gomolinski Chelmensis Episcopi A Rege Christophorus Radivilus Palatinus Trocensis Leo Sapiecha Cancel: Lit: Demetrius Chalecki Thesaurarius Lit. Venerat et Dux Ostrogiæ Palatinus Kijoviensis non contemnendo cum numero, qui Religionis ejus hominum quasi Caput erat. Qui ritus Græci ab Episcopis dissentiebant peculiarem sibi Conventum instituerant Ex eo legatos expostulatum, cum Episcopis

mittunt

mittunt duosq ex Episcopis Præmisliensem et Leopolien:
sem in partes suas traducunt. Mandatum a Rege fuerat
ne armatus ad Comitia Palatinus Kijoviensis veniret.
Ipse contra petierat ut diversæ Sectæ homines secum
habere liceret suæ autem Religionis Nicephorum
quorum utrumq ei negatum. De Hæreticis quod ad Con
ventus Catholicorum non pertinerent. De Nicephoro
ut qui Rosvanum in Valachiam adduxisset, cum Turcis Con:
silia haberet. Ideoq Chocinij a Palatino Valachiæ invincu:
lis habitus fuisset. Simul ut dissentientes ad Comicijs rejce:
rentur a Rege postularat quod et ipsum negatum ei fuerat.
Nicephorum nihilominus dissentientes Caput Conven:
tus ejus fecerant. Post disputationem cum dissentienti:
bus inter quos nulli inventi hæretici, Synodus cæpta. Per:
acto consensu consultationeq Episcoporum. Nostri tum in
Æde D. Nicolai, indeq ijs quibus induti erant vestimentis
a D. Mariæ Romani ritus Templum se contulerunt, ibiq
hymnum solennem decantarunt. Postridie Episcopi
Nostri cum legatis Regijs in Æde D. Nicolai ritus Græ
ci Liturgiam seu Sacrum Græcum, quod paucis omni:
no a nostro differt audierunt. Petro Skarga devotissimo
Soc: Jesu Præsbytero Concionatore Regio, quantum in
concordia boni esset concionante. Diversa pars scripto
contra protestata fuit. Metropolitamq sine Archie:
piscopo Episcoposq excommonicat. Quam excommo
nicationem Niceforus a Patriarcha Constantinopita:
no seu Carogrodiense attulisse dicebatur. Sacerdotibus:
que omnibus Ritus sui commercio obedientiaq interdi:
xerunt.

Ingressus Varsaviam Legatos 22 Novembr fuit. Ob
viam illi extra suburbium a Rege processum satis ma:
gna frequentia et Senatorum aliquot qui convene:
rant et Aulæ, sub idem tempus nimirum 26 Novembr
filiola Reginæ nata fuit, salva tum adhuc puerpera
Sub finem anni Hathuano ab Archiduce Maximiliano,
antea capto Machometes Princeps Turcarum ma:
gno cum Exercitu in Hungariam venerat, Agriam obse:
derat cœperatq Maximiliano Sigismundoq Principe Trans
sylvaniæ ad prælium contra eum progressis in audito
fere exemplo terrore Pannico uterq Exercitus in fugam
conversus. Primo quidem Turcicus deinde Christianus in
Castra Turcica iam ingressus, prædæq quam pugnæ
intentionibus utraq Castra per biduum deserta.
Qui quidem casus, varios in nostrorum animis sensus
excitavit. Alij enim timore perculsi pacem cum Turca
spectabant, alij et numero plures Cordiatores non ultra

differendum agebant, sed antequam Turca Cassoniã po-
berentur et fides cum polonis haberent commune vi bellã
inferendum et fœdus quod asserebatur amplectendum.
Sed iam omnes fere dubitabant, neq tamen ut id fieret, quam
penes quem invidia ejus infecti maneret laborare vide-
bantur. Ordines quidem Regni per se non stetisse quo
minus id fieret, pro certo habebant, ut qui etiam
pacem gratuitam nec parvis conditionibus ultro a Tur-
ca sibi oblatam, per biennium fœderis expectatione
hactenus non susceperint. Stulta in Valachia vel alibi
dissimulassent vel tulissent. Impletionem Transactionis
Bendinensis omni fere ubi debitam tam diu frustra expe-
ctassent et conventus tandem ejus causa habuissent. Cum
superioribus Regibus quoties de fœdere apellati fuissent
ut prius cum aliis Principibus de eo constitueretur, sine
ulla ulteriore ejus tractatione vel spe res reiecta fuisset.
A Cæsare e contra nulla a nostris postulata quamvis ac-
quisita scrutabantur quæ in potestate tamen sua non
essent. Cardinalis solus spem ejus non deposuerat.

Itaq iam Regem ad Exequias Annæ Reginæ Cracoviam
secutus fuisset et cum eo ut Comitia ejus rei causa quam
primum rursus indiceret et de executione Transactionis Ben-
dinensis post Comitia differenda diligentissime ageret. Neq
aliqua fœderis esset non alienum se Rex ostenderat. Et Cæsa-
rem ut de successu Negotij nondum desperaret Legatorq
suos ad Comitia futura futura mitteret frequentissime
apellaret. Varsaviam ipse quoq ad Comitia venerat indi-
xerat enim ea Rex Varsaviam 26 Martij. Maxime quidem
de fœdere certi iam aliquid in alterutram partem consti-
endi causa. Sed tamen et ob foedas difficultates Carolo
ex Gubernatore ad Regnum aperte iam aspirante. Legatione
cham illa cujus superius mentio facta est, non modo nihil
perfectum erat, sed magis potius Carolum in capto persi-
stere apparebat. In comitijs ejs exemplo Tribunalis legati dis-
sentientes maxime Rubicì Domum emissi. Nova ea res
vira neq periculo carere, in Comitiorum quasi potestate lega-
tus esset. Et Cæsare vel difficultate rerum animadversa vel quod
quæ æ rectissima quævis postularentur vel gravia sibi esse
in sua tamen potestate non esse ut imprimis Principum Im-
perij societas, cauhoq, rashoq, belli gerendi tempus fœderis quo
ad bellum duraret et alia non nulla similia statueret nullis
Legatis missis quibus absentibus etsi frustra quid quam agi
Cardinalis ipse agnosceret. Jesuitor tamen Senatores Ecclesiastici Viri Palatini, qui ulterius cum illo agerent,
ad eum ablegati. Quibus etsi persuadere conatus fuisset ut
eham absentibus Legatis Cæsareis quid constituerent frustra

d spei ab

id fieri ab Ordinibus existimari responsum fuit. Invitatus ad Baptismum Infantis, cujus superius mentio facta. Rex Hispaniarum fuit, quod tanto locorum intervallo, serius ad eum literæ pervenerant. Franciscus de Mendosa Marchio de Guadaleste Admiralius de Aragona, Comes Supremus Aulæ ejus Præfectus sub finem fere Comitiorum primum ad eum venerat.

Præter officiosam Orationem in Belgas perduelles et Reginam Angliæ eos foventem postulata habebat maxime ad usus Comercionum in hoc Regno ijs prohibendos pertinentia. Rex cum propterea authoritatem suam apud utrosq; interponendum indicasset Paulum Dzialinium ad eos miserat. Legatio a Belgis æquo Animo ab Angliæ Regina operam suam in fœdere etiam Turcico Constantinopolim navatam exprobrante alienis accepta. Fœdere autem ab omnibus cum desperato in aulam Turcicam quæ pacem constitueret mittere visum. Ante comitia iam Petrus Ostrovius ad sustinendas res missus fuerat. Ex Comitijs hisce Stanislaus Golscius Castellanus Haliciensis pro majore Legato missus Zamoscius tamen ne amicitiæ Turcicæ semper incerte fideretur sed Exercitus haberetur cum ad pacem æquiorem constituendum tum a finibus hostem longius retinendum svadebat. Intanta tamen Comitiorum dissensione frustra. In Comitijs ijsdem erat Niceforus et Palatinus Kijoviensis quasi vas ejus illiusq; nomine citatus. Magno conatu tamen in Senatu quam apud Nuncios pro eo intercesserat ad extremum iratus discessit Niceforo et destituto et relicto qui Margenburgum postea relegatus ibi diem suum clausit. In Comitijs ijs erat Tartarius Legatus qui quod ob detrectatam malitiam Hungaricam Galgam Principi Tartarorum Turca sufficere velle videbatur, deditionem offerebat.

Sub finem Comitiorum Rex necessitates suas Sveticas proponit a Caroli quemadmodum supra ostensum est ex Administratore Regnum Sveciæ invadentis iniuria proficiscentes. Bernardus Maciejovius Episcopus Luceoriensis cum Radivilus Cardinalis tot annos iam Episcopus Cracoviensis esset, post tot Comitiorum contentiones, iuris potius usurpandi causa, tum quoq; invitis repugnantibusq; Ordinibus Litvanicis Episcopus Vilnensis nominatus fuit. Gedanenses etiam quod ex Superiori Decreto Cracoviæ Templo Episcopo non cessissent proscripti. Infectis tandem rebus ex comitijs disceditur. Zamoscio imprimis fortunam Reipub: et miserante, et deplorante ad tabularia etiam publica se Magistratumq; suum Reipub: non deesse, sed Rempub a se ipsa deseri protestante. Die 2. Junij Filia minor natu Catharina fuit mortua Reginæ. Sub finem Julij Rex Varsavia Cracoviam excurrisset vicinis Senatoribus convocatis e Thesauro clenodia quædam Consilio illorum deprom-

sit, quorum

rat pignoribus. pecunia conquisita militi qui ad 5000
Leopolim confluxerat et ad possessiones Regias invadendas con-
spiraverat, vagina Samboriensem Praefectorem invaserat solverat
Duo civius Sebastianum Lubomirscium Castellanum Cracoviensem
et Petrum Skarbkovium Praefectum Osvicimensem cum pi-
gnoribus ijs adeos ablegat. Ipse Cracovia, discedit cautione
Thesaurario de acceptis pignoribus relicta Anno tandem
1595 Comitia Varsaviam a Rege indicta maxime quidem di-
scessus in Paternum Regnum Sveciae, quod plane iam a Caro-
lo occupabatur, causa sed tamen, et alia cum finitimis
difficultates verum Regis et Reipub: negotiabant. Imprimis
quidem Joannis Basilidis filio morbo magnus Moschoviae
Ducatus vocabat, induciae autem in exitu erant iam. Quem
admodum autem antea ostensum est prima designare sedes
deliberandum erat. Dum autem in cognitione et apparatu eo
Rex erat Anna Austriaca Regina Poloniae et Sveciae Ostatro-
na lectissima et decuies laudibus longum esset dicere nun-
dum 29 annis explens 9bre Idibus Febry inter duodecimam et
primam horam Meridianam, in partu Varsaviae moritur.
Necessitate urgente Uterus caesus filius adhuc vivus exemptus.
Sacro Baptismo imbutus Christophori nomen seu sum se-
vens, paulo post Mortem. secutus fuit. Etsi autem in tuche
et mœrore Rex ab Universum Regnum erat, Comitia ta-
men iam ante indicta habita nihilominus fuere, ac prima
quidem maximaq cura de Moschovia erat. Ascitus in eam
unus Comitiorum Stanislaus Gadzicovius Praefectus So
chaczviensis, qui ut mutationem alta rerum, non tantum de
statu earum cognosceret verum per occasionem etiam a-
nimos hominum tentaret, cum Cram venisset Borysseum
Chodanum Calendis Martij iam in magnum Ducem electum
cognovit non sine fiducia plurimis Boiarorum in Regem
propensis. Rebus igitur pro tempore constitutis, subsidioq in
ter hoc Regium ab ordinibus in Comitijs ijs decreto, qui circa
Junus etiam exaulicis essent designati. Quinenise Rex parabat
Primum autem de morte Reginae per Joannem Costomscium
Palatinum Posnaniensem Archiducissa Viduae fratrij mox
significatum consolatioq qua ab ipso maximo Rege adhi
beri potuit, adhibita. Simul vero ad Summum Pontificem
Caesarem Principes Imperij literas dat gratias et suam bene
volentiam in vicinia hac per absentiam suam in Svecia illis
deferebat et quod de illorum subditorumq ipsorum amore poli
ceri sibi Regnum hoc deberet, quaerebat, eoq magis quod non
solum Transalpini Bendrienses, imprimis Juramento Archi
ducis Maximi Frustra Rege Ordinibusq tam diu ad possi
dendis sibi sachum non esset. Verum etiam Sigismundo
Principe Transylvaniae innata quasi instabilitate, devor-
tium cum Elisabeth sua Austriaca defuncta Regina
sorore apud Summum Pontificem et Caesarem agitante. Nova

chum comitia

etiam consilia tam de Transylvania, quam Valachia omnia
sparzebatur. Accedebat huc et Nuncius etiam Apostolicus Ger-
manicus assalaspina Episcopus S. Severi. qui per aliquot
annos in aula Polonica prudenter res tractarat a Sum-
mo Pontifice revocaretur. a Rege tamen benevolentia
Summi Pontificis fiducia ad extremum usq Comitiorum re-
bentus fuit. Per idem Comitiorum tempus Summo Regnabi
Christiana bono magna omnium rebus preter omnium
fere spem Taurinum receptum. Negotium Imperator de-
derat Adolpho Swarcenbergo Baroni Germano in Belgi-
ar expeditionibus versato et Nicolao Palffio claro in multis stum-
ganica Ductori ut exercitui presidys militie coacto rem bene
crarent. Cum hyemis ejus tempestate rebus negotium pro-
cederet. Swarcenbergius tamen instrumento bellico in Gal-
bra nuper excogitato Petardum vulgo vocant intempestiva
te in Cividum prius adhibito ibi patefacto. Cum animadversa
res a Turcis esset ingenti intenderem arcem ingua arma instrumen-
tumq bellicum omne asservabatur concurrissent per q horas
et ultra certatum Turcis 1605 cum Bassa casi Civitas Arx ter-
tegra cum omni instrumento bellico in potestatem redacta
Sub finem Comitiorum Joanne Tarnovio, qui in archiepiscopatu
Gnesnens postea mortuus fuit a Vice Cancellariatu in Archie-
piscopatum Cracoviensem translato. Petrus Tyrleus Episcopus
tum Culmensis qui per omnes honorum gradus ad Episcopatum
Cracoviensem evectus nuper diem suum in eo clausit. Summa cum
laude Vice ad Vice Cancellariatum evectus et promotus a Rege in
eoq Regem in Sveciam comitatus fuit. Jus etiam Constitutionis quod
correcturam vulgo vocant a prima ejusq accessione ad Regnum
semper postulatum nunquam perfectum, tam Reinholds Hey-
denstein et Nicolao Nievieszinscio Secretariis Regijs tum ad
Ordines adhibitis perfectum, in eisdem Comitijs exhibitum
omniumq Ordinum authoritate confirmatum fuit. Ante
id tempus sub Juris Culmensis nomine, nullum quasi jus erat.
Quod enim Culmense Jus vocabatur. Civile potius quam terreste
erat, id q ipsum imperfectum. Itaq Palatini et pro arbitrio suo Ju-
dicia, in quod cunq tempus, et quem cunq in locum ea videretur
plurimumq in Aula et Comitatu suo indicebant et alia plera q
administrabant. In tanto praejudicio suo quorumcunq sentien
tium diversitate omnibus satisfacere difficile sane fuit. In
quibus tamen libertas Equestris maxime dignitas posita
videtur et fieri potuit constituta tam diu valitura, quamdiu
nova appetere homines noluerint.

Sub tempus discessus Regis in Sveciam, Stanislaus Gorski-
us qui fidei causa in Aulam Turcicam missus fuerat cum Se-
dere redierat unaq cum eo Pivalis Czauscius Turcicus. Sed
et insedere novata aliqua aliqua fuerant maxime ad comer-
cia Mercatorumq res pertinentia. Quin et in veteris quasi
Pivalis secum attulerat diversa reperta fuere. Ipse rei hu-
jus Pivalis Consilio, Alium Nuncium mittere etiam cons-

tus autem

sus autem a Rege fuit Mariemburgi iam existente Joanne Felix Herburtus, maxime quidem cum in Hungaria Ferentius Turcicus hyemmitteretur. Thamus etiam Tartarorum cum illo iretne per Dithmones Regias aut vis virium exercitum duceret: omnino malefico aliquo vel insimbus, vel extra fines vexaretur Aliasq contra Decorientem amicitiam nuper restitutam non modo donativum illi non expectandum, sed quod ab ordinibus maxime urgeretur rationes allegenda ejus iniuria quastum ini, enterq ipsos fines ipsius persecutem eum ini. De hinc reluctico staret maxime autem de Palatino Valachiæ a Rege Polonia integro Herbeto Turco Christiano qui jacem utroq fuerelur consultando, similiq in Transylvania vicin potestatem Turcica veniret. Quamvis etiam Mediavio sepulno aut quæ insimbus Regni vita essent ingeniq Regnum Jus aliquod haberet et quia cum Turcis servanda causa à vi Turci ca. luendis servandisq Herbelti qua a mercatoribus partem ipsis quidem valeris qui importarent praeter morem exigebantur quæ quidq ingeniq instadere Galliano indubium vocata videbantur Herburtius post sub stensem Februq Anno sequente cum ex Suecia Dexiam redisset commodioribus aliquanto conditionibus facius retulit. Cum in Sveciam Rex proficiscens omnibus Mariemburgi Mariemburgi alienandis haberet instrumenta. Iura: Monasterio Oliviensi alienandis haberet instrumenta. Iura: menti Archiducis Maximil: in transactionem Pendinensis pretii Archiducis Maximil: in transactionem Pendinensis pretii abstrahentibus Mediavio facile ut appareret. quod summa necessitudo assidua ordinum Magistratio ipsius re equitas ma necessitudo assidua ordinum Magistratio ipsius re equitas elucere hactenus non potuisset mutationem istam Transylvanicam quæ expectabatur agitabatur demum elicuisse.

Rex interea Augusti Colonianam tabi feliciter pervenit. Prefectus autem fuerat Georgio Ferentibachio Duce quem Universi Copijs præfecerat altera quatuor aut ad summum quinq Germani sed mihi invidia ideam non habebat: præterea Ordinariam saltem Cohortem suam pedium contra gentis diam præsidij, ubiq aliquid adventantem Regnum occupandum oppugnandum ve quod Carolus in potestatem suam totum eam redegerat, exitio omnino apparatu. Et si autem Colonana Prefectum et Præsidium amouerat Carolus in hoc quæ suam eam eam redegerat. Atorem tamen eam alij Princeps Appresidiarij præsentia et metu omnium Regij ter vibi in deditionem accepit. Prima ac potissima ratio ac deliberatio de modo ineundi fuit Sveciæ Consiliarijs omni studio ultionibus iretur incumbentibus. Ferentibachio rursus omni rationi ab eo instituto eos deterrente, ut cum alia incommoda quæ interveneruntiam maxime tempestatis periculum præ: dicente, cumq illi omnem spem in studijs alij auxilijs populorum haberent, ne adversa quidem colligenda tabi aptum Ma rinum ibi demonstrante: cum ut maxime se adjungere alijs qui ad partes vellent, Nec tamen terra iretur concursus nullus fieri potuit. Vicit tandem Sveticorum Consiliarorum sententia, sive vere ne si forte terra iretur licentia militis cum Regnicolarum alienarentur munimentum sive cum non solum impedimenta multa, sed aliqui uxores et liberos

secum habe:

secum haberent commoditati sue consulentium. Itaq 29 Aug.
gussi navibus conscensis 23 Septembr cum solis circiter 26 Na
vibus Stetiburgum non magnum aut munitum Castrum
in quo soror Regia tum erat Rex pervenit. Deligua navem tem
pestate subito exorta in partes directe portum tenere non po
tuerunt. Quod primum in commodum oblatum successum Regi
non mediocriter impedivit eis autem in universo vix 800 cum
Rege essent Castra tum ea quemadmodum fieri potuit metata Rex
austria Livonum et Finorum adventare Regi Carolus subaudisset
et ante eis occurreret, Colmaria discessisset, et classe contra eos
missa, non nihil se exarmarat. Quam primum tamen de ad
ventu Regis Stetiburgum intellexisset duobus circiter milliari
bus Castra inde posuit interim plerisq Regis naves in quibus pe
ditatus erat redierant. Carolus 4 Septembr spem copiarum
Regiarum opprimendarum nactus repente ad ortus eas fuit.
Cum tamen in tempore occursum ei fuisset, non modo revectu
sed aliquot centenis suorum amissis inimicum locum compul
sus fuit. Tandem prelium eorundem Svethicorum Consiliariorum
ne florem Regni sui ipse perditum iret, Regem obtestantium
precibus diremptum clamante et testante Terentiacchio in ma
nibus eo die Victoriam Regem habere. Verum dum illi hosti o
mnibus rebus parunt se ipsos quemadmodum exitus postea do
cuit, in perniciem precipitant. Postridie eo sub ipsum Stetiber
gum in altera parte fluminis quod Stetiburgum a continen
te dividit, Castra traduxit, Itaq communiit ut eo extra aditus
munitos ipse impotestate haberet et Castellum ipsum tempen
torum ictibus maxime expositum esset, nulla re nocere posset.
Tractabatur interim a Legatis non nullis Electoris et Archiv
num Brandeburg Ducis Mekelburg de pace: sed Svethi
Consiliarii certam in spem venerant, Itaq Regi pervasserant
modo spatium Caroli hominibus daretur, omnes eo deserto
ad Regem transituros. Non minorem de ipsa Classe spem
habebant et Carolus ad quem indies plures confluerent, cum co
pias augeri copias suas cupiebat, hem Classem maxime
ipse etiam expectabat. Quare ita quemadmodum exitus ostendit
et conditiones ultimo proposita et accepta, quemadmodum
ab iis quibus dubia rem expediret. Verum Svethicos Consiliarios
spes fefellit adeo ut non modo non accederent illi ad Regem
verum homines illorum ad Chassinianos et pagos quosdam
sollicitandos missi abiis, ad quos missi erant comprehensi
arboribus alligati Selonetorum ictibus confixerentur. Cano
lus etiam vanis artibus in odium suspicionemq Provinciarum
adducere Regem conabatur ita ut inter alia non navarum
Regis Joannis fictum esse eum. Sed a nostris subiectum per
vadere iis non dubitaret, aliquot naves cum ad inspiciendum
eum misissent. Vanitatem Caroli ultro perspexissent. Die 30
Octobr Classis ad Carolum redit naves aliquot parthim in an
choris constitute. Omnes tam exitus munitos, quam adi
Stokolmiam terrestes Regi precluserant. Optimum ei vi
nata Consilium Verum ut Colmariam Rex se recipieret
Itaq Calendis Novembr Stetiburgio movit Lincopiamq sequi
ab Stet

num a Stelibergio gnliare venit. Nondum tamen vel rerum vel animi Carolo adhuc habente, ut adonti prosciscentem audiret. Ita autem ex Consilio Rex profectus fuerat ut Colmariam recta se conferret maximeq; Ferenbachius ex re Regii id offenderet. Svetici tamen Consiliarij vestantibus colloquia Carolo offerente, tempus trahebant. Interim Castris utrinque communitis cum inire iam Copias utrinq; eduxissent, Carolo iterum colloquio offerente ab iisdem Consiliarijs, Svetici ultra Castra exercitum reducerent obtentum qui postquam reduci captus jussit. Signum pugna e Castris Regis incertum a quo datum fuit. Ad cujus auditum Carolus iterum cum Copijs suis accurrit. Equitatum omnem a Svetici Rex trahebat, quorum ad Caroli insultum nullus se commovit reliqua Copia iam reduci capta, facile perturbata. Interim subipsum deinde prælium strepitumq; armorum conditiones a Carolo edita inter quas præcipua ut Stocolmiam Rex se conferret Comitia ubi indicerentur. Eorum Judicio potestatiq; se submitteret Carolum in suo Principatu interim ab futurum ad Comitia iterum se sisturum, actorumq; suorum rationem redditurum Consiliarios interim omnes quos arca se haberet, dederet, in custodiaq; interim essent, quod nihil aliud erat, quam ut non modo Consiliarios certa horti exercitij Rex traderet. Verum etiam se ipsum incerta fidei potestatiq; Caroli permitteret. Verum cum utrinq; ita discessum indiviaq; Carolus jussisset Rex consilio salutis sua capto alijs e Comitatu suo præmissis alijs subsequi jussit itinere Stocolmiense relicto et navigatione ad littora Prussiæ conversa mense Octobr Gedanum venit. Qui ex Comitatu ministriq; Regij post discessum Regis comprehensi fuere omnes a Carolo capti in vinculisq; habiti.

Per id quod reliquum erat anni sequentis Varsaviæ Cracoviæq; cum alijs negotijs Reipub: Rex vocabat tum exequijs etiam et funebri apparatu Reginæ Conjugis Indictum autem fuerat Regina Jussis 23 Junij Cracoviam solennem funerum Regiorum coram Ad id est fratrem et fratrem invitandum Gratium Andreas Opalinius Præpositus, Pragam ad Cæsarem, Joannes Sostomiki Palatinus Posnaniens missus fuit ipse denig maxime autem Sostomius de alijs etiam nobilibus rebus, ut Valachicis Sveticis, Biranvidensi negotio alijsq; ejus generis de quibus Paulo post etiam Adriano Lembovio Secretario Regio mandata data. Non parum autem rebus omnibus impedimentum erat, pestis qua plerisq; in locis per Poloniam tum grassabatur. Verum sequente Anno 1599 sub initium fere autumni in Transylvania insignis mutatio subsecuta. Cum Sigismundus Princeps Transylvaniæ inter Cæsarem Christianorum et Principem Turcarum utrumq; potentem, maxime etiam Nobilitatem Transylvanicam, alias non satis fidam, tum vero non dudum tot proceribus sublatis offensam; consiliaq; dederet. Dio et relinquenda Transylvania fluctuaret. Conventumq; is de rebus haberet Andreas Bathoreus Cardinalis tum Episcopus Varmiensis iam ante quidem suppliciis Fratris aliorumq; Procerum gravissime a Sigismundo exacerbatus quem:

ad modum tamen

admodum tamen ipse proseferebat, ut labenti Domui Patriæ
que consilio subveniret superioribus offensis omnibus ei con-
donati Regi senatuq; prius non consulto in Transylvaniam super
venit a Sigismundo discessum iam mediante persvasus Principa
tum ipse suscipit, atq; Conventum ab eo invitatus partim precibus
coactus accedit ab universoq; Conventu Princeps Transylvaniæ
creatur qua de re ad utrumq; imperium tam Turcarum quam
Christianorum tum imprimis ad Regem literas dat, ut prose
ad eos intercedat quo voluntate eorum in principatu eo tolera
retur petit. Cum ad Cæsarem Rex scriberet ostendit quemad-
modum a Cardinali significatum ei erat, ne cogitanti quidem
illi Principatum delatum esse, preces popularium, pericula
Patriæ, necessitatem quasi ultro ejus accipiendi illi imposuis-
se. Petere ut quod accidisset præsenti Christianitatis statui
condonaret, quodq; casu et fortuito accidisset Consilio et Clemen-
tia sua corrigeret, salvaq; dignitate sua communi statui
Reipub: Christianæ rationem haberet. Ostendit Cæsar respon-
so suo iura quibus Transylvania ediversis gaderibus cum an-
tiquo devincta Hungariæ esset, Cardinalem in ipsa conversio-
ne rerum ad se quoq; scripsisse, se etiam rei respondisse pro
ut studium ejus in communem Reipub: Christianam et in-
se quoq; observantia futura esset, suum quoq; erga eum ani
mum futurum, Interim ut non solum ipse Cardinalis cli-
ens a Turcica relicta Christianitati hæreat sed etiam negoti
e Polonia illius Partes, si illis adversarentur luceatur: quod
enim minus in ditionem Regiam quam ipsius varia rerum momen-
ta inferret. Interim autem Bathoreus ab ordinibus Transylva-
niæ in Principatum electus, seu potius ut eligeretur persua-
deri sibi passus, Inter utrumq; Cæsarem aliasq; difficultates
insidiasq; Societates anceps versabatur. Neq; vero hunc quas se-
queretur partes deliberabat quam ut utriusq; partis gratia
salva, a bello ipse abesset laborabat. Cum uterq; ut in amicitia
sua alterius partis hostis esset postularet. Quemadmodum osten-
sum est Germanicum Malaspina Episcopum S. Severi qui per plu-
res annos legationem in Polonia obierat. Summus Pontifex revo-
carat quem ut conditiones inter Cæsarem et Cardinalem tracta
ret miserat. Alba Julia autem subito tempus Comitia a Cardi
nale interdicta fuerant. Sclichael interim stipendia a terrore
Palatinus, qui et antea in clientela Sigismundi Principis Transyl-
vaniæ fuerat et Cardinali eram Juramento se obstrinxerat
quod satis certo constat pecunia Cæsarea exercitum paraverat et qua-
si contra Turcam eum circa se habebat. Nuncius iterum asserit
primum a Brassovienses Sclichaelem quem ultra Danubium
contra Turcas moturum confirmaret. Transylvaniam versus
appropinquare. Quibus cum Gaspare Cornisio Præfecto
militia Transylvaniæ aliisq; Senatoribus fides non haberetur
aut non haberi simularetur. Pluribus postea Nuncijs Transylva-
niam iam ingressum, eamq; vastare, diversis ex partibus con-
firmantibus. Cardinalis sub Oppidum Brassovia cum mox

Inde 22

Indeq 22 8bris Universum Exercitum 15000 circiter in Castra contra Michelem contrahit quae 24 8bris ad Sebinum Oppidu Saxonicum posita. Habebat circa se Maraspinam Nuncium Apostolicum aliosq non nullos. Vix duobus iam miliaribus cum Exercitu suo Michael aberat quem ex diversis Nationibus ad 20000 circiter habebat. Ex Polonis quorum magna pars cum antea Cardinali operam suam addixissent per aliquot tempus cum illo versati fuissent ab illo ad Michaelem transierant 22 8bris Episcopus S. Severi Negocium Pacificationis inter eos suscepit. Ad Michaelem in Castra profectus, ex iisdem reversus Cardinali ut ex eo loco inquo constiterat satisq commodum caperat ob pacem majore commodo postridie captandam se reciperet persvadet. Idem Michaelem facturum. Interim Exercitu a Cardinale dimisso non parum pars dilapsa. Non multo post Cardinali nunciatur Michaelem qui retrogredi debebat, in locum quem Cardinalis reliquerat cum Exercitu successisse Episcopus S. Severi ad apropinquantem Michaelem iterum discedit paulo ~~paulo~~ post reversus nullam spem pacis Cardinali esse ostendit. Michaelemq prælium comittere decrevisse. Indeq in oppidum Sebinum digreditur Cardinalis ducibus ut Exercitum instituerent Negotio dato, brevem Orationem ad Exercitum habet quâ et perfidiam Michaelis contra Iusjurandum ab eo datum, quod tum lectum fuit, beneficiaque in eum Transylvanica addit. Primo prælio Gaspar Kornicz Copiarum Transylvaniæ Dux captus fuit qui humane a Michaele acceptus vesteq qua ipse indutus fuit donatus. Ab alijs Exercitus ejus vix non fusus. Recipere se iam Michael cogitabat. Cum a Polonis qui cum illo erant confirmatus animatusq ipsis fortiter pugnantibus Transylvanisq cædentibus pugna restituta mox inclinata fuit. Princeps cum 12 tantum circiter ex prælio excedit, consilioq inito Mikisze Præfecti Arcis Sedmarchela versus Siculos montes se recipit inde in Valachiam pervadere se posse sperans 30 8bris Sedmarchela versus Valachiam cum 2 Comitibus inter quos ex Sicula Nobilitate aliqui erant: postquam ad Cilium Oppidum Siculum pervenisset multitudine agrestium à multitudine iam admonitorum et ad Cædem Dominorum a Michaele irritatorum vi conclamata. Comites omnes duobus Nobilibus Siculis exceptis cæsi fuere. Cum quibus Cardinalis in montes Vicinos summa fuga cum e conspectu eorum se eripuisset, defatigatus cum aliquantulum summo se dedisset a Siculis Rusticis ubiq eum persequentibus tandem repertus cumq duobus quos circa se habebat Comitibus fortiter se defendens interfectus. Caput abscissum ad Michaelem delatum quod Michael Alba Julia iam occupata ibidem per integrum diem quemadmodum et aliorum quorundam Procerum e Cubiculo suo penes se habuit Hungaris Transylvanicisq Poceribus ostensui et Spectaculo. Postea ad Danidem Ungnod Cæsareum Legatum qui paulo post prælium cum pecunia ad Michaelem venerat, missum indeq ad diversos circumlatum fuit. Tandem templo Patrum Societ illatum, Corpusq

a Siculis jussu

a nautis jussu Michaelis adnectum et oculis perlustratum ejusdem
jussu ad Sepulchrum purgatum lotumq. fuit 22 Novembris in
ipsis Comitijs, qua Michael tum peragebat Sepulturæ manda-
tum fuit Senatoribus Transylvanicis Corpus ferentibus Mi-
chaeleq. ipso candelam manu gestante comitanteq. in ma-
jore templo circa Januarium Regis filium conditum. Hie-
ronymus Cardinalis Bathorei fuit jussu ne Cæsaris, an Michaelis
ne diem quidem Tractatuum per Nuncium Apostolicum ex-
pectantis incertum. Diversa enim est de Ultraq. re fama. Ipse
Episcopus S. Severi, non nisi gravi suspicione fuit. In gratiam
Cæsaris Cardinalem in eam Cladem impulisse. Non solum
quod apud Cardinalem multis in rebus consilio Michaelis fuis-
se visus fuisset. Sed post mortem etiam ejus ultra 20 dies
cum Michaele versaretur. Michi sane lumini Pontificij Nun-
cium ejusdem authoritate ad necem hominis Ecclesiastici
maxime Cardinalis abuti ausum fuisse non videtur. Inpri
mis autem cum per tempus Legationis Polonicæ Summus cum
Cardinale Usus ei intercessisset. Nam et a Summo Pontifice po-
stea, qui authores, adiutores Consciq. ejus cædis fuissent, consilium
auxilium, Consensumq. in eam præstitissent, gravi anathemate
percussi fuere. Cæsar quidem literis mox ea dere ad Regem dabi
partem esse Transylvaniam Hungariæ Regni et tanquam mem-
brum Corpori adhærere. Sed superiorum Annorum, quibus impia
Mahometi Barbaries in Hungariam longius latiusq. penetrasset
Jniuria ab illegitimis et iniustis detentoribus ope Turcarum di-
vulsam et unique possessam fuisse. In publico ac solemni totius
Provinciæ Conventu. Sigismundum ipsum Bathoreum cum
primo illum Cæsari restituendum decrevisset coram Legatis
suis diserte fassum fuisse. Quam vere ipse qui nulla ambitione
moneretur agere de illius possessionem qui variis etiam animis
illi proponis offeretur campes pendam adductus fuisset, optime
Summum Pontificem novisse à quo dehortatus
et hortatu suo a Cessionis ejus et divortij consilio suo Sigis-
mundum odduceret petijsse Meminisse ipsum Sigismundum
quam diligenter ac serio cum illo non solum per literas ac
Legatos sed coram etiam Cæsar ipse ut in Provincia mane-
ret cum eo egisset. Sed cum obstinate in sententia persistisset
successumq. indignonem Cæsaream ursisset. Nihil magis curæ
sibi fuisse, quam ut qua promissa illi essent, integre et inviol
cere protestarentur. Præstita vero ei fuisse iam autem omnia
etiam ante diem aliqua re præsentata, solas literas offere
torum qua censuum annuum numerare ei deberent desi
derates fuisse, quas in primo Numerationis termino quem
admodum pollicitus fuisset, missurus ei fuerat. Cum interim
temeritate sine dubio in Transylvaniam redijsset, pacta
conventa omnia sustulisset. Nihil prensi habens quod
solennibus verbis, literis signis ad ea se obstrinxisset. Mo
rursus sive pœnitudine ductum, tanquam nauseante sto
macho sive pernitiosa consilia qua cum amplissima fa
te ac præscripto manus sua in multa Capita redacto ad se
misisse, justa qua simul atq. iesum transegisset nunq. in vetitis

esset Card

essent Cardinalem Bathoreum aliud in ingressu ostentantem ab illo Transylvaniæ Principem suffectum sibi allatum, quem vana deinde simulatione dum cum Turco Tartarisq ageret literalis ad se in speciem scriptis legationem sese missurum ut suam sibi observantiam probaret, pollicitum fuisse. Supervenisse multo post tempore Episcopum S. Severi a Summo Pontifice ijs mandatis missum ut ubi mentem Cæsaris cognovisset Cardinalis animum quo adfieri posset eodem duceret. Illum a Sententia ipsius ei significata longe dissidentem, eas cum Cardinali tractandi Conditiones quæ Cæsari novæ viderentur ei graves inivisse Quibus nihilominus reverentia in Summum Pontificem certis modis et conditionibus assensum se fuisse, si nimirum convenienti ipsius qui læsus fuisset ratione habita nihil cum Turcis de pace statuisset sed ijs omni conatu potius se opponeret Zolngium aut alia loca obsideret, Copias suas cum Cæsareis coniungeret Qua tantum abesset ut ab illo reservata fuisset ut ne minimum quidem signum voluntatis id præstandi ostenderit quin potius adversus eos qui Cæsareas partes sequerentur tanquam apertum hostem se gessiset. Austum occupasset Stephanum Bokaium inter Transylvanos primarium, qui ipsius promissu ad se ut sese Juramenti illi præstiti Religione exueret, ob solam suspicionem, tanquam de Contrarijs Consilijs contra se cum Cæsare communicasset possessionibus amplissimis exuisset Clientelæ Turcicæ, insignia, Vexilla, Clava, aliaq dona quæ a Valacho intercepta acceptando duxerit in Valachiæ Woiewodam quem sibi coniunctum non ignorabat. Turcas et Tartaros aliosq conditare, ipsumq ditione pellere atq deijcere conatus fuisset. Quo Palatinus comperto quæ Cardinalis in illum servaret, mature prævenienda doceret jussu hominum non expectasset, quod singulari præpotentis et perfidiam vindicantis DEI permissu factum se interpretari ut non solum Transylvani sed et alij populi discerent, non temere lumen Divinum. Daturum hoc sibi Regem ut de Cardinali qui minime tanquam Cardinalis se gessisset quiq loco galeri Diadema Regium propria authoritate invadere ausus fuisset quæ comperta haberet, diceret. Quin iam se dicturum quam virulenta in se oratione et si minime ab eo læsus lacessitusq fuisset sed omnem potius benevolentiam expertus fuisset apud Sigismundum Bathoreum ut eius erga se animum alienaret et a partibus suis abstraheret invectus fuisset graviora nuper inter Imbraimi Bassa scripta quæ profugit duo Juvenes volentibus sine dubio ita superius tulissent detecta fuerunt, ut nimirum Turcarum Principi se commendasset totumq subiecisset ut Bassarum auxilia implorasset, id manu, id signo ejus probari posse hominum non DEI cuncta cernentis iudicare ijs quæ specie quadam externa simulantur, falli et à vero abduci posse, esse autem aerem in simulatione qua populis pernicies justitiæ ac fidei temeritatis ratio afferatur. Divinam vindictam quam etiam Cardinalis dum in Turcicam Clientelam se dedisset, aliaq sibi speciosa persuadere conatus fuisset ultro sibi accersivisset existimare neminem fere tam iniquam rerum vicissitudinem

modo prospeni

modo prosperis rei Christianæ contra Turcas successibus lætaretur quin pro animi affectu gratulaturus illi esset vti Cardinalis inde pulsus fuisset qui populos illos ac peruersum ac perfidiam a devotione qua sibi devincti fuissent in melius coegissent flagitium id elogio dignum fuisse, ne impune fore rumpendo quod omnibus religiosis agentibus sanctissimum habetur iudicetur. Nulla quidem maior calamitas esse potest quam si non solum iniquæ innocentiæ opprimeretur, sed post mortem etiam ne defensa, sceleris ultro arguatur. Iuste ne post mortem Cardinalis Bathorei accusatus fuerit, difficile iudicium est inter tam potentes enim vicinos interiectum pacemq; sibi ei Provinciæ desiderante cum Turcis etiam eam adiisse negari non potest. Sed ea conditione si ab omni bello Consilioq; contra Christianitatem abstinere ei permissum fuisset aliter ad Imperatorem Christianosq; transire constitutum habuisset Quod non solum ex literis ejus ad diversos scriptis verum Conditionibus etiam quas cum Turca tractabat perspici potuit. Post mortem autem nemo vel tractat vel scripsitat. In eadem etiam sententiam a Rege ad Cæsarem responsum. Fieri posse ut ad Turcam quoq; miserit sed magis destruendi ejus causa quam societatis alicujus in eunde. Imea autem mutatione rerum Valachia securitati et stereminia caveret. à Sti Michaele. Aliquot ante cladem eam septimani Sigismundum in Poloniam Prusiamq; inque in Episcopatu Varmiens aliquandiu se continuit, ablegavit literas autem ad Regem dederat quibus ut salva gratia ejus, tutus redi tionibus ejus commorari potuisset petierat. Cum D. Stephani memoriam Regis decessoris sui memoriam animo retinere tum ipsius Sigismundi et Transylvania meritorum dum intutella adhuc esset qua postea in Moldavia Valachia aliisq; gesta fuissent eum non ignorare, optare se, ut quo animo cum in Regnum venisset coegisset ulterius eundem erga se prosequeretur. Ita fortassis et machinationibus quorundam de quibus scindet et aliis incommodis eo facilius se explicaturum et dignitati etiam suæ rectius fortassis consulturum iri.

Varsaviæ deinde sub initium mensis Februarij Comitia a Rege habita in quibus etsi gravissima pericula tam a Sti Michaele quam a Volo et aliunde præfinibus imminere viderentur nihil tamen ad defensionem propugnationemq; Regni constitutum. Superioribus Comitijs commissio in Livoniam Joanne Demetrio Solikovio Archiepiscopo Leopolit Principe missa fuerat ad constituendas ibi res Imprimis Judicia quæstionem dejs qui contra Rempub. superioribus mutationibus Livoniæ aliquot fecisse hodieq; aliqua re violasse dicerentur. Cum authoritate publica Ordinum confirmari non possent, Senatus consulto interim plenum rata habita maximeq; quæstioni ne amplius haberetur finis impositus et ad futura Comitia reiecta fuere. Ipsumq; etiam cum reliqua Livonia communi consilio incorporationis hauteni ab ordinibus a Rege petita tandem in ejus Comitijs perfecta fuerat. Ipse antea in Senatum fuerat Joannes Corvinus

Sucamoreni

Succamerarius Marenburgensis Praefectus. Decreta inhis
comicijs alia Legacio in Sueciam fuit. Si animum Caroli:
minimè Iura Regni, conventu etiam Suderkopia habito cam
vero perverterent et ad se transvertere, sanare forte quoset
missi fuere. Stanislaus Beralinius Castell: tum Elbingensis
Stanislaus Crovius Succamerarius Cracoviensis Niclaus
Sapiecha Secretarius etc. Dilig nunc olinscensis Palatinus
Firleus etiam Regni Thesaurarius ad Caesarem ex Comitijs
ij missus publicè quidem ijs qua Transachioni Bendeirensi
adhuc deerant, ut juramento Hungaria debito Boram:
wcensi et alijs similibus postulandis privatim tamen
secretiora mandata de Matrimonio Archiducis, Ferdi:
nandi filia qua praesenti Caesari nunc nupta est habere
putabatur. Eo summum etiam Pontificem eodem fere exem:
plo ad Electores Imperij litera data. Juramentum quidem
ab Archiduce Maximiliano in transachionem Bendeirensem
iam praestitum adeq missum esse. Sed primum non eo forta:
sis modo, quo praestari debuerit cum neq denunciatum antea
sibi fuisset, ut mittere aliquem potuisset neq quicquam omni:
no ex parte sua vel testis interfuisset. Verum minus hoc esse
neq sane tantopere id a se requiri, fidem se habere instrumen:
tis qua ad se missa essent habere testimonio Caesareo. Ipsius
deniq Archiducis Maximiliq Chirographis et signo gravio
ra haec esse. Primo quod praeter prescriptum transacho:
nis ejus Livonia titulum Juramento et Instrumentis illius
instituto ut apparuerat omissus esset. Qua res non solum ra:
tione Imperij Germanici suscepta Ordinibus esset sed non mi:
nus ad Magnum Moschovia Ducem cum quo et vicina pa
cta. Consultò agitari deberentur. Praeter haec cum ut alij Or:
dines ditionum Caesarearum ita in primis Hungara Regni
Ordines in eandem transachionem contra despinitum tempus
solenne Juramentum ipsi etiam praestare debuissent. Sacramen:
tum ve et transachione acceptum et tolies permissum in hunc
usq diem nullum adhuc ab illis praesthim fuisset. Eam autem
rationem Hungara esse ut in nulla parte ditionum Caesarea:
rum magis quam in eam intentos Regni Ordines esse oportere
et quod ex ruina ditionibus Regni esset et Exercitus magni
instruct parandi assidue in ea versarentur. Non minus gra:
ve quia cum in transachione ea Bendeinerq ex hac parte si
gillatim unus Princeps, Domus Bathorea ac Transylvanie
adeo ipsa diserte excepta fuerit, quicis ejus interse hum in
stituto comprehensa fuerat, haud ita dudum Transylvani:
am statu ejus omnino immutato hominem antea fere ignoto
hum occupasse. Qui postquam primo patrum eum invasisset,
armatum cum armato exercitu omnis generis hominum
copijs succinctum, in finibus Regni vagari et cujus voces non pau:
ca ad homines suos deferrentur. Partim Valachie Regni bu:
jus Provincia minitantes, partim non sati pacatum animū
ante comitia praeferentes. Qua quidem omnia cum non pa

cum dubio

rum dubios animos Ordinum Regni sui haberent ut in omnes partes intenti essent face. Tanquam communi Principum Christianorum, parente peculialiter vero tanquam amicitiæ inter se, Regnumq suum et Cæsarem sequeretur petit pro loco eo, quem Summum in Christianitate teneret ijs in rebus authoritatem suam interponeret provideretq. Cum Cæsaris non minus aut Summi Pontificis fidem potissimū hisce in rebus ipse ordinesq Regni sui sequerentur, ne si præter expectationem oppinionemq suam accideret, quemadmodū hujusmodi tempora hæc ferrent, merito fidem cujusquam accusare possent. Regnum hoc quod magnam partem periculorum Christianitati impendentium cervicibus suis semper excepisset, avertissetq periculo alicui obijcerentur.

# LIBER TERTIUS

Casus Cardinalis Bathorei tam insperatus et repentinus non nullos ad commiserationemq plerosq maxime autem Regem Ordinesq Regni ad curam sui commovit superioribus enim comicijs antequam Clades ea Cardinalis nunciata fuerat, et si in vicino metu turbantibus ijs qui communi omnium Rerum pub: peste privata studia et commoda publicis Patriæ anteponunt nihil omnino subsidij constitutum in id erat. Id solum decretum, quibus Exercitui curæ essent nequid Respub: detrimenti caperet viderent Cæsar etiam quemadmodum antea ostensum est et ipse pacata omnia permiserat Michaelemq in officio futurum quasi cum Hieremia Palatino Moldaviæ intercederent vel jus de eo illi administratum vel controversias eas inter ipsos compositurum obtulerat. Verum difficile felicitati est, eundem semper blandientis fortunæ vultum sibi promittenti, suo se loco tenere præstantibus non maiora appetiisse. Suis enim ut ipse putabat prosperis elatus ad ampliora quam ejus erat Conditio animum adiecit. Regna cœpit et Imperio spirare, propositi sui tenendi hanc viam inibat. Romano Imperatori se suaq omnia dicabat quidquid marte quæsivisset illi a se quæsitum esse. Rursus Ottomano Turcicarum ita supplex erat ut illi uni fortuna sua accepta referret. Ad hæc suis coloribus exornando, homini Græco et Versuto ingenium non deerat. Majore etiam Vanitatis genere apud Tartarorum Chamum Thauricæ Hersonensis Principem authoritatem sibi scriptis ad eum literis conciliarat. Infimam quidem plebem extincta Nobilitate ob spem liberioris beatiorisq vitæ vocabat. Militum animos et voluntates summa rerum omnium licentia sibi devinciebat, vanaq Munificentiæ spe deliniebat postremo eam militaris laudis apud plerosq opinionem cum reliquis rebus quas contra Turcas Scytasq ex sententia gesserat cum Andrea Cardinale cæso, erat assecutus ut Imperator uterq sibi amicum quam hostem esse mallet uterq suo Imperio subiectum existimaret. Vulgus eum Alexandri Magni nomine dignaretur Transylvaniam igitur quam Cæsari virtute sua se recuperatam iactabat et tradentis eam Imperio ejus picturam circumferebat,

sibimet vendi

sibimet vendicabat. Neq dum sumptus vel precium sibi restitu:
eretur cedere se teneri iactabat. Pulchrum fere sibi visum est
adeo Nobilem Provinciam Transylvaniæ suæ continuam, quã
emptam ab Ottomano habebat suam effici eo si accideret cite:
riore Valachia etiam tum vero patefactum iri aditum sibi ad
prima quæ vellet Regna invadenda victoriæ spem in una cele:
ritate ponebat. Magnum Moschoviæ Ducem eodem Religi:
onis Schismate coniunctum rebus suis favere. In citeriore
Vachia præsidia modica provincialium animos in se pro
pensiores in Regno Poloniæ nihil parati factionibus co
mitia soluta nullum justum Exercitum ad suas Conatq infrin:
genda præterquam qui sufficeret pro Regni limitibus ex
cubijs agendis; se viris, armis equisq et omni Instrumento
bellico instructum sciebat. Virtutem Ducis Exercitusq Polo:
nici quo superiore anno ad Cecoram, maxime Tartarorum
Turcarumq copiæ reiectæ, Hieremiasq vix non contra volun:
tatem Turcarum Imperatoris Provinciæ impositus fuis:
set Rosvaniq exitum, Socordiæ potius eorum qui victi essent
quam virtuti potentiæq Victorum tribuerat. Sibi cum Exer:
citu suo vetere longe aliam fortunam promittere. Iam in
Poloniæ Regno habebat qui eum à virtute munificentia
humanitate et literis et sermonibus celebrabant Regi et
Regno summum amicum prædicarent. Suspecta mox cupiditas
ejus novarumq rerum Studium Regi, monitusq Hieremi:
as Palatinus Moldaviæ fuerat ut si numerosiores Copias Polo
nicas habere vellet, comeatum illis pararet quod cum recusasset
admonitus est ut Arces Szoczaviam et Chocimum præsidijs ap
paratu bellico et commeatu quam diligentissime instrueret
ipso vero Commeatu proviso locum commodum caperet ac eo
se tueretur donec auxilium illi e Polonia ferretur. Et hoc
quamvis ipse de periculis suis ante Regem et Zamoscium
solicitus appellasset neglexit affinitatis in eundæ cum Mi
chaele spe obiecta quod ut filiosius filiam suam in Matrimo
nium collocaret legatione missa ab illo postulasset. Incom
moda etiam evenerant, quod Stanislaus Chanski Polonorum
quos in Aula sua habebat Hieremias Præfectus quem ante
Moldavia decedens Zamoscius reliquerat ijsdem diebus di:
em obierat. Superato itaq Michael magnis itineribus Alpium
illarum iugo, in agrum Szoczaviensem erupit. Hieremias
Moldaviæ Palatinus ne opinato quidem ejus adventu pertur
batus cum a suorum manu qui præsto erant et cum ducentis
Polonis obviam hosti prodit. Lenia Valachorum ingenia
et crebra Dominorum permutatione gaudentia iactis in
sublime pileis in signum deditionis transitionem ad hostem
faciunt censebantur. ad 15000 hominum, manus ad hostem
distinendum, præcipitis præsertim itineris labore confectum
satis valida si fides, si animus si erga Principem suum amor
fuisset Poloni quos præsidij sui causa 200 Hieremias habe
bat, paululum hostem sustinuerunt et primo impetu irru
entem acriter propulerunt ubi se desertos et tantæ multitudi

ni solos obie:

nisolos obiectos esse vident Duce suo Golscio in acie praete-
rita pedem retulerunt Gedimius multis hostium interfectis
summa cum gloria dimicans Sautius ex equo exanimatus de-
cidit delatus Kameneciam honorifica sepultura afficitur.
Hieremias Arci Szocaviensi diffidens Chocimum recta con-
tendit. Herebat a tergo hostis et ad flumen Prutum extre-
mum agmen consectatus, carpsit; advolat eodem vestigio tem-
poris Chocimum quo se Hieremias receperat. Oppidum in-
cendit ac disrumpit. Arcis oppugnandae difficultate animad
dversa obsidionem instituit. Ei negocio praefecit Udram
Copiarum suarum Praefectum adiungit Belimacum et Ba-
cam, Nonacum ipse Szocavam repetit. Szocava est primaria
Civitas Citerioris Valachiae sine Ulla mutatione naturae
aut artis habet Arcem lapide solido in depressiore saxosoq
colle aedificatum, dirimitur a civitate fossa praealta. In ea
est domicilium Palatini oppidum cognominis amnis alluit
Et civitatem quidem nullo impediente ingressus est. Arcem
iam antea praefectus plecuserat et firmo praesidio tenebat, abun-
dabat omnis generis commeatu, nec ad diuturnam obsidionem to-
lerandam. Ipse praefectus od omnem praeferendum casum animi
magnitudinem praeseferabat. Verum saepius ab Arce hostem fortis-
sime repulsum exigua mercede officio deductus in Arcem rece-
pit seq illi et omnia dedidit per Speciem Religionis in aedem sa-
cram quos impedimento facinori suo futuros credebat ablega-
tis Oblitus virtutis constantiaeq Poloniae nullam rem aeque atque
fraudis et perfidiae infamiam reformidatus cum neq ab hoste
quidquam gravius illi esset metuendum, nulla muralia tormen-
ta habente a cassiduis literis de celeri subsidio certior fieret.
Causam occupatae Moldaviae cum ad Regem ipsum tum Caesa-
rem aliosq Principes quemadmodum de Cardinale Bathoreo
sibi finxerat eam excogitarat Quod Valachiam invasisset malu
isse praevenire quam ~~quam~~ praeveniri summum inimicum
suum Hieremiam et percussores et veneficia in se sua Aula aluis-
se auxilijs et Turcicis et Polonicis se terruisse ea fide publi-
ca accepta in proximis Comitijs se demonstraturum. Inimi-
cos suos Sigismundum Bathoreum et Simonem fratrem, in
id servasse, ut alterum in Transylvaniam alterum in Molda-
viam auxilijs Turcicis et Tartaricis induceret. Contra ipsum
Hieremiam Jure militari processisse, petit ne ante Comitia
moneretur aut turbaretur. Omnia se ex Provincia ea prae-
stiturum quae Rex mandaret ut alius praestaret. Ne Zamosci-
um quidem eum ipse tum fautores ipsius insimulare vereban-
tur. consilia cum Cardinale Bathoreo tractasse Cardinaleq
caeso integrum Scrinium literarum ejus ad Cardinalem reperisse
quas in Comitijs exhibituras esset. Temporis nimirum eximendi
Causa ad Comitia rem trahere volens quae cum vanissima esse
Zamoscius sciret ut qui nullas literas ad Cardinalem incon-
sulto Rege, quemadmodum et alios quae alicujus momenti essent,
dedisse se conscius sibi esset ut non expectatis Comitijs, quo in

ipsis Comi-

ipsis Comitijs quam primum Actio constitui posset sub fide publica eas mitteret detegeretq instabat. Cum alias jure publico altera Comitia ad actionem etiam instituendam expectanda Instigatori essent qua in re cum hæreret facile vanitas ejus apparebat. Reveraq non tam suspicio aliqua insidiarum ab Hieremia, quam eæ de quibus ostensum est furiæ, cupiditas nimirum ejus eum agitabat. Frequens a Michaele ad Regem Taranovius Pocillator Haliciensis commeabat et inter Nuncios ejus erat. Quamvis in ipsis Comitijs Legatus etiam quidem ejus cujus postea mentio fiet, venerat, per utrumq igitur responsum sincere gratiam Regiam ambiret, ante commoratæ propositeq causæ inimicitiam cum Hieremia refutatæ, aut certe minus sufficientes ad vim fuisse ostensæ.

Ad Potocium quidem Præfectum Camenecensem Turcarum Imperæ beneficio, a quo Hieremiam etiam Moldaviam obtinere sciret, eam quoq se obtinuisse literis professus fuerat ex ijs qui in Consilio cum eo fuerant, satis constabat eum in Poloniam exercitum mox ducere constitutum habuisse, sed duas res eum tardasse. Unum quod aliquot mensium stipendia Exercitui deberet, ideoq minus obsequentem haberet. Alterum quod nimia in Moldaviam et Hieremiam celeritate Equitatum debilitasset recolligendusq illi esset. Tum vero ipsius Michaelis voces nunciabantur quod Transylvaniæ accidisset, idem in Polonia etiam non difficile esse efficere. Nonnulli etiam quemadmodum in Moldaviam Diploma vexillumq ex Porta Turcica se impetrasse altro gloriatus fuerat. Indignitas ejus rei vel Maxime animos hominum movebat. Quid enim indignius esse poterat, quam Maltanum mancipium Turcicum vel cogitare aliquid tale ausum fuisse. Sed quemadmodum ostensum est ne in Regno quidem authores illi deerant, quo si in ulla Repub: in hac certe tam libera etiam pessimus quisq reperit, qui partim Conventibus turbandis, partim quibus poterant rebus nequid contra eum decerneretur impediebant, cum Austriacarum, partium, tum Religionis Græcæ quæ communis illi cum ipsis esset studio. Non in Valachia incolumitatem Regni consistere separata hæc esse. Quod si Hieremias defendendus sit is cum tueretur cui esset bono vereri se nequis bellandi cupidus hanc propugnationem suadeat, ea ratione Zamoscium et Potocium designabant, postremum utiliorem Michaelem Reipb: futurum, quam Hieremiam dicere, modo Tributum Regno penderet. Hieremias ne an Michael miles Duce Bata Novaco Pokuciam igne ferroq vastabat. Bona Transnestrana Regis Nobiliumque populabatur omnia flammis incendijsq ibi collucebant quæq ab impietate et licentia prædam agentium comitti poterant in omnes sexus homines. Infantes etiam edebantur. Zamoscius igitur re cum Rege communicata Stanislaum Zolkievium Castellanum Leopoliensem Capestris militiæ Ducem cum limitaneo qui repente parari poterat Exercitu, ad Niestrum qui fines Regni perlabitur præmittit qui et fines Regni cum ipse cum maioribus Copijs subsequeretur, tueretur, et in Conatus Michaelis intentus esset. Interim cum Regem frequentibus literis ad bellum apparatumq ejus excitabat, tum de ratione ejus gerendi cum Zolkievio diligentissime communicabat. Regi non solum de dignitate sed salute ejus totiusq Regni agi ostendebat præter periculum autem quod si imparatos offenderet gravissimum incumbere posse. Ad existimationem etiam ad cæteras Nationes pertinere non facile cujusvis

iniuriæ oppor

iniuria opportunum Regnum esse ostendere neque solum ad Polonicarum rerum authoritatem opinionemq; hominum devinctus ejus confirmandam plurimum valituram: sed Svecicarum etiam non modo ingeritias propulsare sed tantum contemptu Privilegij in Regnum Poloniæ tanquam latrocinium aliquam impetrath, nonnullum se vivisse. Priusquam autem auxilium a Turca illi præstaretur. Copiaq; Turcicæ minus alia expedita Danubium traijcerent transiri posse itaq; ut et semestre stipendium in militem præsertim Equestre indiceretur, cum ad trimestre cunctatiores plerique essent Quartanaq; pecunia omnis quæq; extributo cogi posset in usus eos inferretur suadebat. Magnum impedimentum Delechij Tribunalis Regni Judicio quod sub id tempus Lublini exercebatur, afferebant, qui enim nomina maxime ex Palatinatibus Justitia dari putabantur, Judicia observare cogebantur, neq; deserere illa poterant. Ut Judicium ingiretur quam primum ediceretur, cum Regem cum Joannem Ostrorogum Palatinum Posnaniensem qui Mareschalcus tum Tribunalis Regni erat diligenter apud Mabat ipse Delechum studiosissime curabat, ad turmas ducendas quas poterat excitabat hortabaturq; pecunias etiam ipse repræsentabat Hieremiam Palatinum Moldaviæ de cujus periculo salute maxime ageretur idem ut faceret, quasq; quibusq; maximas posset in eandem rem pecunias conferret, sedulo hortabatur. Cosacos Zaporovienses quos accitos esse etiam sollicitatos cognoverat per Orissovium veteranum Ductorem eorum, centenisq; aliquot Florenorum ex promisso adjunxerat. Cumq; ex humulta Nalevaiki nondum satis confirmandi essent Magistratibusq; de Regnis publicis fiderent, literæ inde publicæ cum Regijs tum suis ad Præfectos Oppidaq; ejus dati securitati eorum prospexit fiduciamq; confirmavit. Gotkievius castra sua hostium castris opponit. Tyras est fluvius. Nestrum Accolæ vocant, qui supra Stalicum defluens Podoliam Regni Poloniæ dividit. Depresso per hæc valle, quam efficiunt ubinam mons ripæ lenitur acclives, quarum altera Polonici littoris contra arcem mollius est demissa et habet pagum, altera sub ipsa arce præcipitur etiam hanc flumen procumbit tota saxosa et in ejus petra Chocimium Arx admodum crasso muro collibus humilior qui circum sunt condita, asperaq; fossa præaltaq; et circumcisa oblique ringitur; ponte unde interram se prospiciunt colligant oculi mei collibus, munitiones suas habebant hostes, editum ex altera parte Gotkievij castra erant. Cum primores certamina singulorum interdum gustarium severentur nostrisq; semper essent superiores, et strenue vada fluminum multoties grihostem tentarent, veritatemq; Ducis vocabulo carperent, Gotkievius etsi occasio ei data esset ille vel exercitu, alio non expectato decerneret Zamoscium consulit. Descriptis

illi ad pugnam

illi utqvæunq agaret et securitate Reipub: se annorum gloriaq
saturnum, nostrum cupidum ejus esse, uteam illi videret
potius tanqvam Juveni, qvo diutius illum Patria operam na
vare cuperet, eo maiorem illi famam authoritatemq qvou:
hliorem illi navare posset, illi optare. Itaq arbitrio ipsius
permittere, verum rogare ne rumores ante salutem pone:
ret ut qvodcunq susciperet, animose explorata Reipub: securita:
te ageret, neq in discrimen partem illam Copiarum mitteret
qva qvod Deus averteret amissa ex ullam reparandarum vir:
um spem reliqvam futuram, tributi, stipendij hominibus
exhausti. Tolkrevius segetur observata opportunitate eum im:
pulit diei momentu qvo agerentur apud hostes in munito:
nibus ex superiore loco noscere, vibratis tormentis cum lon:
gitudinem videret, simul ab arce eruptione facta cumplu:
ribus interfectis reliqvis interrorem conjecit. Aeneo tormento
directos ex munitionibus hostem fregavit. Miliare inde Castra
fugati posuerunt. Liberior deinde utrinq commeandi fa:
cultas.

Hieremias uxore cum liberis Camenecium missa, ipse
in castris Tolkrevij cum mille equitibus, et peditibus qpingen:
tis in Castra redijt Tolkrevium cum Jeremia stephanes esse
cognito, ad Tolkrevium mittit qvo animo cum Jeremia ad
versum haberet, pacem ne an bellum abeo expectare deberet.
Respondit Tolkrevius cum Jeremiam virinem esse cognovisset
se qvoq ad tuendos fines Regni securitatis causa Copias ha:
bere pacem aut bellum non sui, sed Regij arbitrij esse ex cu:
jus imperio omnia agenda ubi esset. Qva in Moldavia au:
tem essent Regij se signifi casse ejus mandatum se expecta:
re. Tempori deinde eximendi, occasionisq dum securos im
paratosq opprimeret, ad Regem eham Legatum mittit
qui ad Comitia ad Regem venit, qvod vna autem publica,
non qua externi Legati ab ijs finibus custodibus additis
duci solerent, venisset, non tam, a Zamoscio praesertim pre:
catum ne partim Regni vires exploraret, partim cum fautori:
bus partium occulte consilia communicaret. Qvod eham non
tam authoritatem Legati qvam Nuncij qvos Sonum vulgo
vocat habere videretur nemo ad ipsum Regem admittebatur
ad dignitatem Regiam pertinere visum. Cumq qvemadmodum
ante ostensum est. amicitiam benevolentiamq petere, differeq
exhibenda retur ipse qvoq absq ullo responso dimissus fuit
non parvi sane minus Regem ab eo offensum Provinciam
Regni Polonia, nullo indicto bello, aut causa belli abeo occu:
patam Zamoscius Legatis Polonici non parum fusum. In
tra ipsius Regni fines Polocziam invasam hostiliterq vasta
tum diripientes aliaq damna cum pluria, maximaq data,
illa tamen indecidere reditum ad Clementiam Regiam ei
non praeludi ad hoc 30 dierum spatium edari, qvo elapso
qva haud dubie ejus sententia esset ostenderet, qvaq ratione Regi
et Regno satisfaceret. De cujus responso Regem eham consti

um capturum Zamoscius sciens magnam partem Victoriæ, seu spem ejus, in hujusmodi transactionibus esse soleret, et ipse libens occasionem hanc arripuit: Et Zolkievione ex manibus eas dimitteret sed dum exercitus justus pararetur, parata instructaq omnia haberent, eas quantum posset foveret sustineretq mandavit. Tandem mense Julio Belzam ipse venit inde Leopolim turmis et Glinianum convenirent, ante diem 22 Julij indicto, quo profectione illius cognita eo magis accelerarent citiusq copiæ ad eum convenirent. Sed quemadmodum ante ostensum, difficilis delectus erat, ita ut quo facilius eas cogerent, de suo non parum erogare Præfecti cogerentur. Itaq duas tantum Turmas Gliniani offendit, unam Nicolai Ostrorogi ducentorum Equitum gravioris Armaturæ. Alteram Snopkovij levioris, seu Cosacorum Equitum. Quo omnes autem facilius consequerentur cum lentius aliquando progressus fuisset. Tremboulia etiam in itinere diem unum atq alterum subsistit.

Ad Comitia Czausis cum literis de Transylvanis et Moldavicis rebus, duo etiam ex aula Turcica missi fuerant qui partim de Moldavia expostularent, partim de Cosacis perpetua querendi querellarum causa more suo quererentur. Responsum fuit ob occupationes Comitiorum per suum Regem responsurum. Ad eam rem ex Secretarijs Adrianus Dembovius Prussus designatus quidum itineri se parat, tertius etiam Dziaser ijsdem cum mandatis supervenit. Jussum igitur ut properaret moram excusaret, partim Comitiorum occupationibus partim quod iter ingressus de occupato repentino Impetu a Michaele Valachia quam Bogdaniam Turcæ vocant, cognovisset ac ita neq satis tuto per Valachiam Constantinopolim pervenire potuisset, atq ad Regem deturbata a Michaele Valachia referendum prius fuisse, novaq ea dere sibi mandata expectanda tandem tamen jussu Regio ambitu alio tutiore capto Constantinopolim progresso mirum autem imprimis Regi, ac contra morem majorum actum videri, quod se inscio cum Christianorum Cæsare pacem fecisset, Michaeli vexillo, muneribusq missis Transylvaniam confirmasset. Et quemadmodum Michael literis ad Præfectum Camenecensem scriptis, ipse profiteretur etiam Valachiam, seu Bogdaniam. Hæc an mori majorum recentiq et pristinis fœderibus consentanea essent quibus ut communes amicos et inimicos haberent, sancitum esset, facile ipsum iudicare posse. majores utinq ipsorum inconsulto altero nullum unquam fœdus inijsse et inito Reges Poloniæ primo loco comprehensos fuisse. Ad hæc gloriari Michaelem ad Regem deferri. In Regnum etiam Poloniæ quemadmodum in Valachiam ex aula Turcica Diploma se habere Regnum ordinesq nullum alium quam liberis suffragijs ac electum Regem illum præter quam DEUM superiorem nullum agnoscere Regem eum ob eas tum et alias iniurias illi

us nullo

eus nullo modo Michaelem ferre, decretum habere. Itaq; quam
vis in Paterno Regno sveca, non parva difficultates alli
obijcerentur. Zamoscium tamen eum Exercitu mittere qui
procuraq; locorum reperiret Michaelem persequeretur quem:
admodum per Castellanum Chalicziensem Solicium et Dan:
nom Felicem Herburtem ostensum antea fuisset, optimo ju:
re Valachiam ad Regnum pertinere, belli quidem Consti:
tij Moschovitici Reges Poloniæ non nunquam impedito
ut duorum Milliem aureorum Tributum et quod vulgo Haraca
vocant Principibus Turcicis penderent. Palatinus Vala:
chia subditis suis permisit de jure suo nihil propterea di:
minuisse, autea decessisse, quin potius graves res Provin:
cie turbarentur, Exercitibus suis illi subvenisse, sumptus
non parvos nullam facisse mento igitur per hos hum pre:
tos esse, neinjure suuq; nostro interpellaremur, ac nihil cer:
ti responsi retulisse. Itaq; majores indies sumptus facisse
tantoq; minus decedere ea posse, vocare ne eo offenderetur
si formulam certam eam redigeret. Frequentissime ab
ordinibus Regni qve cum fructu tanta impensa fierent
queri, nemoleste ferret, rure suo Rege Regnoq; uti.
Remboviq; secreto mandatum ulti integrum jus teneri
non posset, admininum tributum Araca vulgo ab illis di:
ctum idq; si non perpetuum eo tamen vel sc. vel quid obtineri
posset annorum pro tantis impensis importaret operam daret
De Transylvania Moldaviaq; recordari Cæsarem posse non
semel ipsum hortatum Reges fuisse, qvo Indigena Palatini
quib; mutua amicitia intercederaq; dictiones studerent, jis presse:
rentur operam darent. si spei successus responderet, nos ei grata
faciendo, nec ex diversitate de eam odio Religionis turbæ ali:
qve inter subditos orti existq; amicitia eham inter Principes
turbari forte posset quam Rex constantem perpetuamq; esse
cuperet idemq; de Turcarum Imperatore eham sibi persuade:
ret. Interim existimare velle Cæsarem facturum. si Semesva
rum Copias suas promoveri juberet qua vel a prega in partes
Germanicas si opus eas forte perrumpere vellet vel ab aquis
inde eis ferendis Michaelem excluderent. De Tartaro mandatum
ut ostenderet superiore anno, aliqvot tantum milibus a fini:
bus Regni cum Exercitu gessisse dum Copiæ Regiæ in alia victoria
versentur illum jussent. Michaelem in Transylvaniam de
bellum perrumpisse vocant tam Turcica quam Tartarica eham
Copiæ non modo nullam finibus regni afferent, sed de suspicionem
qva nulla victoriatas armorum carere posset, patere quam con:
gissime potius ab illis abducerentur. De Cosacis mentio ali:
qva fuit mandatum et ostenderet Colluviem illam nullius
in Imperio esse. In Regijs dictionibus ipsis et dare illos da:
mna et accipere superq; adeo Exercitu misso partem aliquam
illorum cæsam fuisse, omnes comprehendere, vel radicitus ex
hinc vere disparate esse ex diversis dictionibus eos confluere.

Ex diversis

In diversis maxime autem fluvijs paludibus, locisq reconditis aditu difficilibus degere nuper ad Ducem Exercitus misse a Michaele se invitatos, malle tamen Regi quam ipsis operam navare. Studium id illorum repudiare, non satis tutum visum, ne vel ad Michaelem transirent, vel Exercitu Regio promoto Ditiones Regias vacuas, vel Tartaricas, Turcicas ipsas invaderent. Itaq contra communem potius hostem opera eorum utendum existimasse. Cum de Tartaris etiam Michael gloriari diceretur, quid animi illi haberent, ut explerent ei mandatum, maxime Bialogrodi quo ob infecta itinera in Valachia ex Sendziako quid cognosceret quam primum Regi Zamoscius nunciaret. Cumq Bassa cum exercitu citra Danubium esse diceretur, eundem quoq ut conveniret, quaq mandata de Temesvaro ad Caesarem haberet, illi quoq et Sendziako Bialogrodensi ostenderet, ut ipsi quoq et Vias in Germanicas praecluderent Michaeli et Tartarorum cum pristinorum foederum nuper adeo ab eo renunciatorum tum officij sui ipsi quoq admonerent ab ipsis peteret. Ut maxime enim Turca Vexillum Michaeli misisset, hostem tamen ejus esse pro hosteq ab illo haberi nemini dubium esse, remq ipsam satis testari quemadmodum jussus fuerat.

Zamoscium Leopolim progressum iam Dembovius invenit ut si quid in illa temporum varietate novi inaudisset ejus consilio omnia ageret. Operae autem precium hic fuerit, literis, legationeq qua Michaelem commendabat Regi exposita, privatim audientiam petit. Delegati Petrus Firleus Episcopus Culmensis qui vice Cancellarij munere tum fungebatur et Leo Sapiecha Cancella: Litvae Summa haec fuit: Mirari Caesarem Turcarum cum praemisisset Regi ut ipse Palatinum Transylvaniae et Moldaviae daret id non faceret multo magis quia cum Andream Bathoreum Principem Transylvaniae dedisset tolli enim a Michaele passus fuisset. Michaelem Exercitu et tormentis instructum esse cogitare eum omnino Poloniam incommodare. Caesarem Turcarum cum impromptu Copias tam cito non haberet vexillum quidem illi misisse omnia autem eum ferre nolle. Quid Rex cogitaret scire cupere: Demonstrantibus diversam Orationem ejus in literis esse respondit. Cum per Transylvaniam sibi eundem esset, periculi vitandi causa aliter literas scriptas aliter coram sibi mandatum, ut certi aliquid de voluntate Regis sibi significaretur petere.

Intentus Cardinalis Bathorij Varijs causis excusatus in varia intentum esse coactum Regem fuisse. Et Germanorum Copias quae non procul inde Hungaria fuissent et Exercitu Tartarorum qui superiore anno in finibus Regni fuisset aliaq cum plura a Michaele Regem Regnumq DEI beneficio non metuere qui animus Regi esset per suum significaturum. Uterius urgenti ad Regem relatum, a quo eodem cum responso dimissus partim etiam literae Turcicae in Moldavia interceptae, quibus si Michael Filium in Aulam Turcicam in obsidem mitteret reditus ad gratiam spes ei fiebat. Facile ut appareret quo fortuna fuisset, eodem favorem eorum propensurum. Subidem autem fere tempus quo Dembovius in Aulam Turcicam mittebatur, ad Turcarum etiam Principem

Gonciu

Goncius missus Qui perferret ad iancienda pacta et pristini
a proximo fadere Decorensi majorem Legatum Succa-
merariam Braclaviensem designatum iam ad illam
fuisse. Cum Michael qui Valachiam praeter opinionem
repente occupaverat ejus fiducia seid fecisse gloriaretur
Goncium expitur prius se mittere per quem declararet
stare ne foederibus vellet amice amicus aut hostis es-
set.

Zamoscius Glogiano hum Tremboulian progressus
pleraq Turmas ubi cogit cum si qua ulteriores essent et ubi con-
venirent, denunciasset, inde Drobnava, tandem in Scalam pro-
ficiscatur Terzenima ultra Scalam, eodemq die Campe-
stris Dux Gotkievius cum exercitu suo ex Castris Camenecen-
sibus in Castra Generalis Ducis ingressus est. Atq in eadem
Castra Sekel Moyses Transylvanus Exercitus Hungari-
ci apud Michaelem Generalis cum 900 Militibus transfugit
ibidem belli collocutus cum Gotkievio audito etiam Paulo volu-
it ad Episcopo Camenecensi quibus cum mandatis a Nobilitate
ad Regem profiscceretur. Cum in ea Civitate aliquantulum tem-
poris posuisset, tandemq milites Convenirent Stetur aturos exi-
stimans si inde versus hostem se progredi ex fama et literis ar-
chimandritae intellexisset. Lentis itineribus adire diem tertiam
cum missis intellexisset. Lentis itineribus adire diem tertiam
Calen: Septembr supra villam Filipinam consedit. Coniungit eo-
dem die Gotkievius sua cum ejus Castra convenit pleraq multi
tudo militum caeteri indies expectabantur. Postero die de con-
silio advocato. Orationeq confirmato milite existimans. Sicci
externis inquit, mihi agendum esset, longiore fortasse oratione
mihi utendum foret. Nunc autem qui vestrum est, qui vel de
injuria Michaelis vel nefariis ipsius in Regnum consiliis vel co-
gnita non habeat vel auditione sermonibusq hominum accepent
quas necessitates belli hujus, non tam inferendi quam propul-
sandi defendendiq Serenissimo Regi et Reipub: allata sit, per-
spiciat. De Valachia Cetui ab homine terrissimo qui genere con-
temptus hum audacia, sceleriq magnitudine Provinciam Re-
gni nulla unquam lacessitus, nullo bello prius indicto invade-
re occupareq ausus fuit nulla fere gravior injuria fere
possit.) pira aliorum tamen scelerum consiliorumq ne Juri-
orum multitudine minus ferendum videri posset. Sed cum omnium
quasi sit Injuriarum ipsius, aliquid tamen dicendum videtur. Nemi
nem tamen tam Peregrinum in Patria esse se putare, qui quo
jure Provincia ea ad Regnum pertineat nesciat. Quod enim in
omnium recenti memoria est utriusque laboribus Nostris su-
perioribus anno parta. Quem sanguine nostro acquisita, maximis
Turcicis subsidiisq Copijs amoti adjuncta, quo consilio constituta sit
veniaq ei impositus, quantum omnino detrimenti attulerit. Neq tamen
primum jus inde orium, sed vetustissimum solidumq perpe-
tuo usu usurpatum Jus id Regni esse, et omnes scripti et Cra-
coviensia Regni Tabulariae, Varsaviensiaq testantur: singuli
bus plena area Foederum Valachorum, omnium una cum
universa armorum serie descriptorum. Quae quidem series
non nunquam interrupta fuit sed aliquantulum turbata quo-
tempore Matthias Hungariae Rex cum Friderico Imperatore
in contentionem discordiasq venisset, foedus cum Solimano Turci-

cum Imperatore

rum Imperatore Jeusset, Litamen rei a maioribus subveptum
Just. assirerunt Constantinopolim dederunt solymum Impera-
torem Valachiam ulteriorem Juris esse Regni Poloniæ Mem:
misset quibus verbis inter eum et Regem Regnumq Poloniæ
Pax esset sanita. Cum quidem ille sibi præsidens, de Jure eo Regni
se non magnopere laborare dum stipendium ex ea provincia pen:
deretur sibi ostendit. Quod quidem stipendium neminem opus esset
errore duci, ut existimet Jure aliquo belli esse huic Provinciæ
imponitum. Sed cum Palatinus Valachiæ vastas opes Turcarum
him earum vigilantem abq adeo fortunatum Ducem esse cernent,
occupatisq magna parte finitimis Provinciis, eum sibi videre im:
minere nec tanti se esse, ut eum impetum arcere posset, petyta
a Regno et Rege suppetias. Intorserunt hoc dissidia huic Regni
tempora dum uno tempore duo gravissima bella in Prussia et
Moschovia gererentur ut Rex illi in eam sententiam respon:
deret, quoniam in præsentia non posset propius eum armis defen:
dere, bellis hinc potentibus finitimis distractus, permittere, quam
minimo stipendio pacem Tyranni redimere. Parunt Regi rede:
unt Bella, interea ex bellis in Universa Europa serebantur, sed
nulla unquam Legatio Constantinopolim missa, nulla re:
integratio pacis facta quin huic Juri Regis et Regni insuge
provinciam exceptione caveretur semper Novus Valachiæ Pala:
tinus in Regni Regisq verba iurabat. Caput deinde in Consta:
patus Constantinopoli esse Venalis. Accessit quod Augustus Rex
ad loca magis, quam Armorum consilia natus nonnisi pene
id curaret, illud tamen nemo unquam inficiebatur, quo hos im:
peratori Turcarum auctores Duces voluissent, superbissimos
sua, ei Provinciæ Dominum imponere, semper fuisse Polo:
norum armis fortiter repulsos, et eum Valachiæ præfe:
se quem Rex Poloniæ præesse in animum induxisset. Quod
sierunt, quod Tarnovium quod Lascum, quod Mesleciis ege:
rint, postrema nuper Duce Regis et Regni Exercitus
ac Cecorum quod egit. Ea quidem de re quod Clemens &
Confessi maximus censuerit quantopere ad occupandam
primo præsidio Orbem Christianum unum Asyrus Boo
rinus propugnaculum, me hortari visus erit. Habeo Nunq
ipsius Germanici Malaspina literas, Quod tum Regis et
Reipub. Exercitus præfecerit quanta cum magnitudine inve:
gnimendis prope innumerabilibus Tartarorum copijs usus
sit. Basiam de spe certa obtinendi principatus deiecerit.
Hunc Hieremiam constitutum a Rege et Regno Palati:
num confirmavit omnes noverint. Cum igitur hoc certum
sit quod in dubium vocari non potest Valachiam ulteriorem
ad Regem et Rempub nostram pertinere hanc Michaelis
Primi per fraudem esse oppressam eadem, omnia genera
hominum factam Divina et humana Jura evolata vi:
pi auferri Oram prostrata Matronarum pudicitia eiu:
lata innocens Virginitas, rem ad dicendum audiendumq hor:
ribilem, non a publicanis, non ab Infantibus quibuslibet

exercitus Palatinatus armatiores copias adducerent. Maxi-
milianus vero ut adita Sigismundum prohiberet arcisque obsidione
Cracoviam præsit eamq occupare quorundam in urbe seum vel
serio vel simulate conspirantium opera conatus est. Sed cum fa-
moseus fortiter cum præsidio urbem defenderet Exercitus Maxi-
miliani depulsus multi interfecti et tormenta bellica et aliquot
hostili exercitu signa militaria. Maximilianus igitur Solutæ urbis
obsidione ad Olesnicam Exercitum reduxit ut maioribus inger-
manis comparatis copijs demum Regnum Poloniæ sui juris faceret
ageretur interea apparatibus in urbe arcubus tormentis ballistis et alijs
ad excipiendum novum Regem necessarijs. Sigismundus a Seneschal-
co Regni Opalinio et cæteris proceribus deductus die 29 Oct. Calendis
non Novembris Decembr Cracoviam a meridionali urbis parte per
Casimiriam et Stradomiam ingreditur. Vbi super pontem Vistu-
la ~~supra pontem~~ solennibus verbis novum excipiens Regem
et nullis alteri aditum se in urbem Cracoviam concessurum
testatus repræsentatus est in Arcu A. D. Floriani in æde Stephani
Regis Sceptrum Sigismundo tradenti cumq adjurantem et ore
præclare gerendæ exemplo suo exstantis expressa erat. Circa Ste-
phanum in olim Maximiliano recens ademptæ. Machinæ bellis-
cæ arma et duo vexilla suspensa erant addita hac inscriptione
Sigismundo 3 Electo Poloniæ Regi Quod ejus auspicijs
Maximiliani Archiducis Austriæ milites ad oppugnandam
urbem emissus victus magnaq cæde tormentis ademptis re-
pulsus sit. Dux et Milites qui pro dignitate Regia ac libertate
Patriæ excubuerunt ut de Christiano pectore etiam cum in hostem ar-
ma ultro necessitate extrema illata ea superata DEO Victoriæ
auctori cruentis agentes pepercerunt. Rex templum descendens
Cardinalem Bathoreum salutavit inde præcessus ad portam
Floriani Sigismundum Augustum postea Sigismundum genitum
Andreæ Sigismundum Augustum. Inde Joannem Albertum Casimiranum
S. Andreæ Arcis Capellanem properitum habuit. Decephalum in
Arcem Tormentorum Comitatus excepterunt. Et eodem tempore
Balthasar Bathoreus Andreæ Regis Stephani fratris filius
cum Barnensibus et 2000 Hungarorum advenerant. Congrega-
tis igitur Cracoviæ Episcopis ac Proceribus Regni et delecti
ex Nobilitate Sigismundus Sveciæ Princeps 27 Decembr seu Do-
minica 9na Adventus qui dies Joannis Evangelistæ vocitatus
Palatijs fuit solenni more ac modo Corona Regni Poloniæ ab Ar-
chiepiscopo Gnesnense insignibus est. Postridie Senatus et Cives
Cracovienses fidelitatis juramentum publice dederunt. Nummos
Argenteos prorsus unciales cudit quibus ab uno latere ipsius ima-
go et Epigraphus Sigismundus 3 D. G. Rex Poloniæ et Sueciæ.
M. P. In altero gladius vibratus cum inscriptione. Pro Ju-
re et regulo expressus est. Paucis post Coronationem diebus
Rodolpho Cæsari Sigismundus de Corona et Insignibus Regni
ac acceptis per literas significat et Maximilianum fratrem
abeo quam primum ex Polonia revocari nec consilio auxilioq
suo et suorum demens juvari et de damnis contra communia
fœdera datis satisfieri petit. Testatur se diutius tot suis Regnis

13
sine commodo

incommodii deesse non posse rumq; ex hoc tempore nullo etiam expectato
responso id susceptorum quod et dignitas sua et comissorum sibi popu-
lorum injuriæ a se reqvirabat.

Interea igitur Anno Joannes Zamoscius Dux Militia Gene-
ralis cum Polonis Germanis et Hungaricis recens a Balthasare Ba-
thoreo et Bognemissa adductis Cracoviam movens Maximilianum
et majore Polonia in Silesiæ fines decedentem ad Oppidum Siglen Dyce-
sin a dictum in dithmarbe Ducum Borzenium novem a Vratislavia
milliaribus assequitur ubi profligatis Copijs Maximilianus ipse ei
præcipuis Ducibus in Oppidum secedit. Quod cum statim Zamoscius
exsolte circumsteret et igne ac tormentis ad nobis exitium proclivem omni
bus intenderet. Maximilianus Archidux et Proceres illius partium
Poloniæ Stanislaus Comes a Gorka Palatinus Posnaniensis. Jacobus Uch-
ranecius Episcopus Cujaviensis Andreas Zborovius Marschalcus
Curiæ et Alexander Dux Zamoscius et alij complures capitaneos se Zamo-
sio dederunt qui moderate et clementer sine ulla vis aut ignominiæ aut
verborum asperitate deditos accepit. Et de precantem Maximiliani
ne Cracoviam in Triumphum duceretur. Rex Sigismundus accepto
de illius captivitate exposta Palatij Nunio eundem quem antea cultum
gravem et tranquillum nulla habita ejus injuriæ ratione edito
rebonens reverenter et honorifice haberi nec Cracoviæ tot populo-
rum et gentium hominibus captum velut in Theatro ostentari.
Sed recta Brunostaviam Cujaviæ arcem in Episcopatu Chelmensi
cum præsidio abiegari mandat, quem Dux Victor Zamoscius
comitatus est.

Deus qui transfert et stabilit Regna et dat salutem Regibus quos
elegit Inditum Poloniæ Regnum et Regem regat et servet et ei qui in
eo et sub eo vivimus doceat et gubernet.

# De Forma Regni et Regibus

## Poloniæ

Polonia Regnum 200 milliaria Germanica hoc tempore a Vistula ad
Borysthenem et a Tyra ad montibus Sarmaticis ad Carpathum fere ad
patens in Masoviam et Podlachiam Poloniam Cujaviam et Prussiam
Livoniam et Livoniam et hæc Provincia suis Palatinatibus et Castellaniis seu territoriis certis distinctæ sunt. Pala-
tini seu Vojevodæ Duces Copiarum suæ quisq; Satrapiæ in ex-
peditionibus bellicis et in quacunq; conventibus et dietis ordinum Regni
totius præsides Judicorum Patroni et Judices Quindecim Antiqui
tus in Polonia et adjuncta illi Cujavia fuerunt 1. Cracoviensis 2. Sa-
radiensis 3. Landominiensis 4. Calissiensis 5. Loradiensis 6. Lenti-
ciensis 7. Brescienses 8. Vladislaviensis 9. Leopoliensis seu Rus-
siæ 10. Podoliensis 11. Lublinensis 12. Belzensis 13. Plocensis
14. Masoviæ 15. Pomeraniæ Palatini tres Culmen-
sis Elbingensis et Pomeraniæ. In Livonia Decem
Castellani quasi legati sunt Palatinorum Ducatorq; adhæ-
rides Nobilitati sub suo quisq; Palatino et in suo quisq; Terri-
torio ubi nullam aliegiæ Jurisdictionem Dominium aut Juris-
dictionem præter hanc bellicam legationem habent. Sunt Ca-
stellani in Polonia quos recensere non arbitror esse operæ pretium.

habentes

Habent locum in Senatu non nulli eorum et dividuntur in maiores et minores. Capitanei sunt Prefecti Arcium Oppidorum ac redituum Regiorum Custodes pacis et tranquillitatis publicæ in sua quisq; Prefectura latro cinior[um], furtorum, aliorumq; scelerum Vindices et rerum Judicatarum executores, ideoq; Juris dictionem et coercitionem amplissimam habent. Horum vices gerunt Vice capitanei, Burggrabij et Judices Castrenses, qui sexta quidq; septimana de ceteris causis criminalibus et civilibus eham adversus Nobiles Jus dicunt. Sunt autem Prefecturæ in tractu Poloniæ plurimæ circiter 30. In Prussia Regali 18. Senatibus Regni ex Episcopis 3 Palatinis 15 Castellanis 62 et Officialibus Regni, Mareschalcis Cancellarijs et Thesaurarijs antiquitus constat. Sed nova constitutione Lublinensi a Sigismundo Augusto Anno 1569 facta quamvis nondum plane maturuit interemptis Livoniæ et Prussiæ Episcopis Palatinis Castellanis ac Off. Reg. Officialibus ad 120 personas numerus Senatorum ascendit. Ex Episcopis etiam Episcopus Gnesensis et Posnaniensis Episcopus Cracoviensis Poloniæ sunt. In Minore Cracoviensi. In Cuiavia et Pomerania Vladislaviensis In Masovia Plocensis In Prussia Archiepiscopus Leopoliensis Episcopi Premisliensis et Helmensis. In Podlachia Camenecensis et Leopoliensis Consiliarij officiores vocantur Episcopi Palatini et sex Castellani Cracoviensis Posnaniensis Sendomiriensis Calisiensis Rejcmicensis Siradiensis. Comitia Rex celebrare volens cum omnibus Consiliarijs primum de tempore loco et negocijs proponendis per literas communicat. Deinde Nobilitati Comitibus particularem singulis Satrapijs indicit et Negocia deliberanda proponit aut Legatos certos seu Nuncios Terrarum ad comitia deligat necesse. His nunquij legitima habentur Comitia Consideratis autem Rege et Consiliarijs Secretarij et Nuncij Nobilitatis et minus Cracoviensis primi adsunt De Negocijs vero a Cancellario proponitur Soli Consiliarij sententias ordine dicunt. Jenibus auditis Nuncij Secedentes eadem de rebus et alijs inter se consultant Reversi eadem sive alia die non modo de Capitibus a Rege proponi sed alijs etiam quibusq; ad libertatem et privilegia Nobilitatis et leges publicas pertinentibus quod audirant Regnum ubi postulant vel admoneant, de ijs denuo in Senatu consultatur. Necessaria habentur de talibus Negocijs decreta nisi omnes Terrarum Nuncij assentiantur Judicij vero de captivitate et fama malefactorum et ceteris omnibus causis per appellationem eo delati Rex cum solo Senatu decernit Regem in comitijs Senatores Regni et religua Nobilitas omnes eligunt. Succedunt autem Regni potestas simbo multo liberior. Sed a Ludovico Hungaro primum deinde a Jagellonibus primum Regni alium pertulit partim Nobilitati libertatem videlicet ordinum ejus dum quisq; sibi subd. Nam et Episcopi eorumq; subditi a juris dictione Regis fere omnes ac exempti sunt et de Nobilis aut bonis et fama exempti paucis casibus, Rex non nisi in Comitijs Regni cum Senatu judicare potest. Nec sine Senatus consensu bellum suscipere illum nec fœdus facere, nec tributa aut vectigalia instituere nec de bonis Regni quidpiam alienare nec successorem sibi eligere nec ullam rem gravem ad Rempub. pertinentem statuere ac facere ejus permittit tributa eham Regia de singulis augorum rugeribus ante olim 20. groschi erant ad duos Ludovicus redegit et quartam veligarum

De ceteris

de cæteris reditibus Regis Sigismundus Augustus in ærarium Regni Ravense ad Sumptus bellicos deponendum accidit. Rexerunt autem Poloniam circa utramq Vistulæ et Varte ripam cum nundum Russicas et Litvaniæ Provincias amplissimas haberet coniunctas sui generis et Sanguinis Polonici Principes ac unica Piasti quem Civis Crucivicensis in Diœcesi Gnesnensi filium extincto Popielo, propter eximiæ Virtutis et prudentiæ opinionem Proceres Principem elegerunt familia ad longam posteritatem Anniscirciter 500 Gubernatores ac Reges Poloniæ dedit. Abnepos enim Piasti fuit Mieczislaus qui Christi Religionem primus in Polonia circa Annum Christi 965 propagare cæpit. Pater Boleslai acris Primi Poloniæ Regis ab Ottone 3 Imperatore Romano A. 1001 creati. A quo continua est series Regum ac Principum usq ad Casimirum Magnum qui primus Russiæ aliquot Provincias Regno Poloniæ Univit Anno 1320 Et cum liberis ex se natis moriens careret Sororis filium Ludovicum Hungariæ Regem præsentis agnatis. Masoviæ et Silesiæ Ducibus Successorem sibi de consensu Senatus designavit Cui defuncto anno 1381 Tandem Anno 1385 post diuturnam procerum deliberationem Magnus Litt Dux Jagello Olgerdi filius Gedimini qui Vilnam Anno 1305 condidit Nepos hucusq Idolatria Ethnicus dicta in Matrimonium filia ejus Hedvigi et Sacro fonte ablutus in Regno Poloniæ successit et amplissimas Russiæ ac Litvaniæ coniunctas Provincias cum Polonia primus copulavit. Huic Seni ex quarta coniuge Sophia Kijoviensium Ducis filia Vladislaus et Casimirus nati sunt. Ex quibus prior Poloniæ et Hungariæ Rex Anno 1444 ad Varnam cæsus, Casimirus vero ejus Nominis 3tius Anno 1454 Borussiam et Pomeraniæ partem sponte se dedentem Regno Poloniæ adiecit ac numerosissimam sobolem sex filias et totidem filios et in his 4 Reges reliquit. Sed integram Regum Poloniæ et Litvaniæ Magnorum Ducum stirpe ortorum seriem adscribo. Vitenes vixit Anno 1250 quo interfecto successit Gediminus qui circa Annum Christi 1300 Volhyniam et Kijoviam occupavit Vilnam condidit et alias Res maximas gessit.

# Item excerpta de Regno Poloniæ

Rex Poloniæ Provincias suæ Ditioni subiectas habet Octo. Poloniam Maiorem et Minorem Magnum Ducatum Litvaniæ Item Ducatus Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Pomeraniæ et Livoniæ ex his sunt non nulli Duces Regi Poloniæ feudatarij ut in Prussia Livonia Pomerania Provinciæ omnes dividuntur in Dioeceses et Palatinatus. Hi in Castellanatus et præfecturas easq vel cum Jurisdictione vel sine Jurisdictione quæ sunt bona Regni vel Patrimonium Principis. Dioeceses in Regno Poloniæ in Universum numerantur 16 Duæ quidem Archiepiscopales, Reliquæ Episcopales. Archiepiscopales

Gnesnensis

Gnesnensis et Leopoliensis Episcopales Cracoviensis Cujaviensis Vilnensis Pomaniensis Plocensis Varmiensis Luconiensis Posmiliensis Chelmensis Camenecensis Kijoviensis &c. Palatinus quidem est Principi creatus primarius in ordine secularium Senator et Dux exercitus sui Palatinatus. Sed praeter munus Senatorium non exercet suum militare officium nisi tempore Generalis exercitus contra Regno expeditionis. Tempore pacis in suo Palatinatu habet Conventus Nobilitatis instituere Comitijs praesidere rebus venalibus pretium imponere &c. Sunt autem Palatini extra Regno Polonia et ss. D. Livania quibus non nulli Castellani et unus Capitaneus ex singulari privilegio locum ex Senatu obtinet. ac Cracoviensis Castellanus singulari utitur Honore omnes Seculares Senatores praecedens. Castellanatus sunt Districtus Territoria sive partes Palatinatus cujusq quidem certis circumscriptis sunt finibus. Sunt vero in Palatinatu uno alique quando quaterni, terni, bini minimum Castellanatus Castellanus vero quidem fungitur obtinet vices in Exercitu sui Palatini. Minusq loco praest seu quisq Dignitatis Nobilitati hac eadem Generalis ad bellum expeditione Castellani in Regno sunt. 83 Duplices tum Ordinis nam quidam vocantur majores quidam minores Palatores 52. qui cum caeteris Senatoribus tam Ecclesiasticis quam Secularibus ad omnia etiam Secretissima consilia admittuntur et 31 Minores qui etiam si cum caeteris Supradictis Senatoribus Regni Senatorum privilegij gaudeant et sint vere Senatores a secretioribus tamen Consilijs non nunquam excludantur. Officiales Regni hi sunt duplicis Ordinis, quidam sunt Ordinis Senatorij, qui cum caeteris Senatoribus ijsdem prerogativis utantur ut sunt 10 Mareschalcus Regni supremus Cancellarius Regni supremus. Cancellarius Regni Vicecancellarius Thesaurarius Regni et Mareschalcus Curiae Regni, additi sunt 3. Officialibus ss. D. Livania ijdem sunt 10 Officiales ordinis non Senatorij hi iterum in tres dividuntur Classes, vel enim sunt Curiae Regni et ss. D. Livaniae ut Exercituum Regni Campestris Secretarius Referendarius &c. Vel sunt Aulae Regiae ut Camerarius Supremus Locatores Majores Cessores Equi Stabuli praefecti et alij &c. Officiales Districtuum possunt dividi commode in duas partes vel classes ut quidam Officiales Terrestres quidam Castrenses. Terrestres Officiales sunt Succamerarius Vexillifer, Judex Dapifer vel pol. Stolnik Locillator Venator Subjudex, Pincerna, Subdapifer, Notarius Gladifer, Quaestor, Tribunus. Succamerarius est qui regendis pubis aggregum ac bonorum terrestrium tam ad Regem quam ad Nobilitatem Capitula Cives pertinentium praest Quibus oportet ut sit habeatq ita ad omnium obeundum vicarios, qui Camerarij vocantur eosq subiles est arbitratu suo ex equestri ordine ejusdem territorij, et iure rurando adigit mulctq quoties vult. Judex terrestris causis et controversijs privatis Nobilitatis dirimendis et judicandis cum subjudice praesidet qui est ejus socius non vicarius

Locotenens

non vocatus loco tum inferior quibus adiungitur Notarius seu Actuarius Iudicij qui habet quoq; in aliis Iudicijs, ius dicendæ sententiæ. Quæstor est exactor Contributionum publicarum in Territorio obnoxius rationibus reddendis. Tribunus est custos arcis in suo quisq; Territorio durante bello Officiales Castrenses Capitanei cum iurisdictione Capitanei subiecti iurisdictione Burgravij vbi Capitanei Iudicæ Notarij &c.

# Elegantissimæ aliquot Literæ Ioannis Sarij Zamoyscij

Prima ad Clementem 8 Papam. A. 1603

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater Dñe Dne Clementissime.

Post osculum Beatorum pedum Sanctitatis Væ Clementis Nomen Sanctum Vestrum sumpsit ex pia ac Naturâ Clementissima est, audiat igitur Clementer et benigne genitus Nobilitatis Sarmaticæ quod Vestræ prorsus Sanctitatem Vestram Patrem beneficium et gratiosum appellat. Nouis quæ opera nova cum Socru Celsitudine (Matrimonium cum Sorore primi uxoris Serenissimo Regni Nostro obtruduntur atq; ad id promouendum grauissimo authoritatis Sanctitatis Vestræ pondere abuti non dubitant. Literis iterato a Sanctitate Vestra impetratis quibus hujus Matrimonij curam primum Regiæ Maiestati deinde Galerijs Senatoribus commendat Sanctitati Vestræ adscribit sed de authore refert, quibus Nuptias ad Salutem Regni pertinere Sanctitati Vestræ retulerunt; cum tamen pertineant magis ad commouendam Nobilitatem et quod Bella auferat ad tumultus excitandos. Maiores Nostri grauissime sanxerunt, ne Reges Uxores ducant externas quas Senatus censuerit. Prius consultum opportere Uxoni Reipub: cum Sacrosancto fœdere tangeram Christus Fœderis ne cum his Rex sit deinde ex priuata thori sui ratione quærere. Inde factum fuit ut cum Sigismundus Augustus Barbaram inconsulto Senatu duxisset Regnum Illi tam fere obrogaretur, nec Comitia, nec Conventus Publici negaretur sub nomine eius obiri permissu fuerint prorsus in ordinem redactus fuisset nisi amplissimus Vir Ioannes Tarnouius Magni Cancellarius Cracouiensis Generalis populum illi placasset et iuuenili errato veniam dedam peruasisset. Denuo si demum Sigismundus Augustus impegit cum morbus Barbara, Catharinam primo Uxore Elizabetha Sororem duxit, non in consultu quidem Senatu sed eius parte consentiente, parte vero dissentiente reprehensum illud et miserabile coniugium fuit Conciliatores illarum nuptiarum quod falsum factum subijcere voluerunt accusati ex mendacio etiam obrepserunt. Uxor electa in [illegible] venit ea nulla

venit ex aula primum relegata deinde e Regno in Patriam re-
missa fuit. Rex ipse celeroqui benignissimus in magna per-
turbatione religionum avi sui. Haec causa fuit ut nostra le-
ge ne Rex sine consensu senatus uxorem duceret. Iam vero
ante trina Senatus consulta facta fuerunt summo omnium
tam Episcoporum quam Secularium consensu ut Rex à si-
milibus nuptijs abstineret. Ea nunc Senatus consultra con-
traria relatione ad Senatum facta in dubium vocari pre-
mit nobilitas maximeq Episcopos accusat. Sunt mores nostri
sanctissime Pater ac Domine hac in parte simplices
adhuc et incorrupti sanguinis peremptionem fadam et
abominabilem nostri existimant omneq illegitimum Ma-
trimonium execrantur et plerisq etiam ipsorum Regum
et illegitimo thoro natos, vel cerdotum filijs legitimis
post habent. Honesti quoq patres familias equum ad equi-
tem unde sit profectus admittere nefas putant et hinc quem-
di igitur sumus in hac simplicitate nostra. Leo Decimus
misit Polonis literas quibus, eius eum carnium diebus Mer-
curij permittebat eo indulto usi non sunt, quod in maiorum Instru-
tis persistere maluerunt quod hum in bonam partem. Pontifex
fex ille accepit neq propterea illis succensuit. Tu Clementissime
sime Pater ac Domine eam rem intelligas eam rem non ad
quietem Regni, sed ad perturbationem pertinere. negravi-
ter audias absolutionem hanc quam offers Regnum non indi-
gere, ut pacem et tranquillitatem Regni ipsius conserves
Stemphius Matrimonium hoc non promoveas sed aliquod ali-
ud pro sua clementia concedes. Fac quaeso: Timet quidem gens
nostra Damnos dum superiorum temporum ambitus recordatur
et exemplum Sigismundi Bathorei familiaq Bathorea
a regno fere exacta Transylvania eversa monet et si hoc minus
do aliorum culpa id acciderit, nonnihil satietur. Permittat
men Senatus nec Nobilitas unquam feret, ut Archiducis Ferdinan-
di filiam removeare gradu ducat. Vel si quod sit hic impedimen-
tum offertur aliquam aliam ejus Maiestati matrimonio jun-
chas Vestra jungat. Sunt in Italia Serenissimi Ducis Pedemon-
tani filiae ex Sorore Potentissimi Catholici Regis nata, Na
bone vero Italica de nostra optime mentia à qua Religionem
literas et bonas artes ac elegantiorem vitae cultum sarmatae accepi-
mus. Florent enim in Aluorum Principum Catholici nuptiis
si ac professionis familijs loco alto nata et sanctissime edu-
cata filia Haec ego ad Sanctitatem vestram et tanquam Se-
nator Regni Poloniae de Magistratu et tanquam servitor
Sanctitatis Vestrae, quem Sanctitas Vestra hac de re libere com
pellavit sincere et ex corde pectore pervenienda existimavi
Patriam meam et ejus ac Regis Maiestatis singularem
necessitudinem et amorem Sanctitati vestrae commendans
Ego quidem consilium quod mihi displiceat contra conscien-
tiam non defendam. Dux tamen et author tumultus non
ero. Acute confecta gerata est et jucunda agricultura, quando
quidem occasio extremae vitae ac sanguinis pro Regno Christiana

contra Turcas

contra Turcas pugnando profundendi non datur ea me quoq; oblectabo. An alij futuri sint Duces ignoro et sane non opto, Hoc tamen video Nobilitatem ut consentiat decavendo pro dote et contra dotem in bonis Reipub vix adductum iri et ad conferenda subsidia languidiorem et difficiliorem fore, iterum atq; iterum me et humillima servitia mea Sanctitati Vestræ commendo Zamoscij 29 Martij A° 1605

# Secunda ad Regem Angliæ

## Sacra Regia Maiestas Dñe Dñe Clementissime

Commendatione mei et Officiorum meorum ac observatione diligentissime præmissa

Certe nec curiosum nec importunum me natura edidit homo tamen cum sim me vinci precibus hominum proborum patior. Hæc causa est quod Sacram Regiam Maiestatem Vestram appellem. Humanitas vero Maiestatis Vestræ et Clementia Regalium virtutum summa facit etiam ut literas meas locum apud Maiestatem Vestram habituras sperem Superiorum temporum quod mihi ineunte ætate mea videre contingit hominum Ecclesiasticorum inscitia negligentia et corrupti mores effecerunt ut multorum animi ab Ecclesia Catholica Romana alienarentur ab ejusq; sententia plurimi discederent in alia omnia inde varia ac variæ doctrinæ exorta doctorum hominum disputationibus excitata tum etiam offensiones animorum ac tumultus bella. Sensit hæc fere omnis Europa nec satis nunc quoq; concordia valuit, quod nisi obstaret Turcicum Imperium disciplina militari per socordiam ac luxum perdita a Nostris Christianis iam pridem eversum fuisset non enim tam facile est subito diversum sentientes in suam sententiam adducere. Sua enim cuiq; sponsa ut aiunt pulchra nec ego id ago ut Maiestati Vestræ aliquid de Religione persvadeam. Meum enim est colere aliorum vero docere. Sed hoc ego ut in his contentionibus Christianum tamen nomen commune amando et si sententias diversas tueamur. Reipub: Christianæ causa non acerbe dissentiamus. Rude quidem hoc consilium sed sincerum: tantum genti Nostræ et Reipub: profuit ut concussis alijs Regnis et quassatis civilibus cædibus, hæc tamen quieta et incolumis permaneret fœdere civili sancita inter dissidentes de Religione concordia

rordia. Itaq; cernere licet fratrem a fratre, a patre filium dissentire de religione amorem tamen a natura victum et eandem societatem non extinguere. Ego quidem Romanam doctrinam observo Soror mea Calvinianam sequitur nec tamen hoc animos nostros a se distrahit consuetudo adolescentem me ad Augustinam opinionem deflexisse sed cum studium humanorum literarum omnia volumina evolverem adm his quoq; sacros Doctores perlegissem Catholicamq; professionem cum eis consentire animadverterem me inde discesseram. Ubi summam Religionis Catholicæ Authoritas regnaret qua sublata nullus finis novarum disputationum erit. Hæc de me ipso quod vero de statu Reipublicæ apud Majestatem vestram est. Sunt hoc in Regno plerique sceleratis Jesu Collegio accusantur quidem hi Sacerdotes cum a Catholicis ab his Regnis ab hac profecti, hinc longe remoti sunt. Illi postularent a me ut rogarem Majestatem Vestram ne in illorum socios Magistratus Regni Anglicani saeviant neve eos Majestas Vestra Regno suo excludat. Officio suo illos fungi patiatur, tranquilla et tolerabilia quasi hiros prudentia sua videre dignetur Sacra Majestas Vestra examinet æquum videtur propter diversitatem cultus alios ab aliis non laedi, ac præsertim eos qui conservant veterem, quo vigente Regna omnia Europæ fundata et constituta videmus. Fieri non potest quod plerique Cives ac patroni Catholici sensus in Regno Majestatis Vestræ non sint. Cujus omnes pro salute ac florentissima Majestate Vestra Deum Opt. precare quem Deus Opt. max. noluit sed etiam sapientia et omnibus virtutibus Regis nostri auxit ac tanta benevolentia placabilitate et altitudine animi (quæ dicitur) est ad amandum et juvandum humanum genus tota Majestas Vestra composita est permittat eos colere Deum instituto Romanæ Ecclesiæ Catholicæ res humanas vero res sinant, ac publica negotia Eidem Majestati Vestræ præstent semina discordiæ nullas parant si secus faxint puniantur Religiosos enim oportet Majestatis Vestræ non pro duellos commendo hoc quod ad exercitum Vestram pro insignis fretus est divi pro bonitate et æquabilitate sua Deus mihi porro veniam hanc excusationis mandet vero Majestas Vestra et non dedecori Principio ac Majestati Vestræ libenter deserviam. Iterum atq; iterum hæc Majestati Vestræ Clementiæ commendo cui Deus bene valeat et floreat Deum precor Datum Tamerey

# Tertia ad Iustum Lipsium

## Clarissime Dñe Amice Charissime et Observantissime Salutem

Laudem doctrinæ, quam mihi tribuis non agnosco Verum quidem est maximo literarum studio a pueritia arsisse Latinæ linguæ diligentissimam operam dedisse in Græca etiam aliquos profectus fecisse artes honestissimas et Philosophiam didicisse Mathematicas attigisse in iure Civili versatum esse quæ explere et expolire otium non fuit. Nam ut ad Rempublicam accessi literas tractare desij alia agere necesse habui Tabularium Regni publicum mandato D. Sigismundi Augusti benignissimi perlegi et in ordinem redegi deinde alijs atq alijs negotijs distractus rem bellicam D. Regis Stephani jussu administrare cœpi vigintiq iam quatuor annis gerens Imperium militare labores et pericula bellorum, absq ulla per DEI gratiam offensione sustineo. Hæc igitur me à literis detraxerunt. Amare tamen illas et viros illarum laude præstantes nunquam desij in his nomen tuum non fuit mihi obscurum doctissimi hominis, Itaq iam diu te amo. Quod vero nunc literis me tuis compellaris et studia mihi tua obtuleris archori quoddam amoris vinculo devinctus scias. Utere igitur opera et studio meo si quæ in re usui tibi esse potest amantissimum tui et studiosissimum semper me cognosces. Bene Vale Zamoscij 29 Maij A.o 1605

O. P. D. S.

# ORDINATIO

## Illustissimi Dñi Joannis Sarij Zamoyski Supremi Regni Poloniæ Cancellarij et Exercituum Ducis Generalis.

### Anno 1589.

Actum Lublini in Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni Sabbato ipso die Festo S. Kiliani Anno Dñi milesimo Quingentesimo Octuagesimo nono.

Comparens personaliter coram Judicio presenti Tribunalis Regni Lublinensi Actisq; eiusdem Judicij Illustris et magnificus Joannes Zamoyski de Zamoscie, Regni Supremus Cancellarius et Exercituum Generalis, Bełzenq. Mariæburgenq. Berzpatenq. Kaiserijpsenq. Miedzijrzecenq. Grodecenq. Jaworowienq. Capitaneus, et à Terris Districtibusq. Iuribus, Jurisdictionibus, quibus alias vel ipse vel bona eius subiecta sunt recedendo, seq. cum suis Successoribus bonisq. suis infra scriptis Jurisdictioni presenti Judicij Tribunalis Regni quantum ad presentem hunc Actum pertinet incorporando, palam, libere, et per expressum recognovit recognoscitq.: Cum in Conventione Regni Generalis proxime Varsaviæ habita, plena liberaq. facultas, certum modum atq. Ordinem Successionis in bonis suis prescribendi concessa sibi fuit. Se eius Constitutionis vi atq. authoritate sequentem Ordinem fecisse, in quo quidem hoc maxime propositum habuit, ut ante omnia ad Divini Nominis gloriam, tum Reipub. utilitatem omnia referret. Quemadmodum ipse vel cum vita sua periculo Reipub. semper servire non dubitavit, ita non minus posteritatem suam etiam et familiam, quanto maxime fieri potest cum fructu, suo exemplo, pietatem fidem atq. operam suam eidem prestare post hac velle: Cum autem ita comparatum sit, ut ab ijs etiam in quibus præclara atq. optima voluntas existit, nisi ita mè præsidia aliqua Fortunarum habeant, nihil præclarum effici possint; non raro autem ut etiam à maioribus relicta præsidia vanè dissipent, accidat. Idcirco hunc providendo volens commemorata proxime prædecessorum Comitiorum Constitutioni in parendo, tamq. qui sequuntur Successionis in bonis suis infra scriptis Ordinem constituit, eum in se postea à se cuius rei fuerit tatem integram sibi conservat, mutatus fuerit, in pejus

suam à

perpetuum à successoribus suis observari vult; utq̃ observetur, sancit: subijcit autem primo Ordinationi huic expresse et diserte bona sua hereditaria omnia infra scripta tam, scilicet Paterna Castri et Oppidi Zamoscie, infundo bonorum suorum hæreditariorum Kalinowice et Skokowka ab Avo suo Generoso Felice Succamerario et Judice Terræ Chelmensis, ac Reverendo Nicolao Curiæ Regni Referendario Zamoyskich emptorum, Castro Skokowka quod ante in ijs fuerat demolito à se constituti, et veteris Zamoscij vicino, in Palatinatu Belzensi et districtu Grabovecensi denominati, cum villis et bonis ad prædictam Skokowka antea pertinentibus: nec non bona Tworzyczow cum pertinentijs, quam et alia bona, per se titulo hæreditario acquisita, sulnice scilicet cum villis et bonis pertinentibus. Mokre in Terra Chelmensi ac districtu Crasnostaviensi consistens, nec non Janovice cum pertinentijs, Stabrow ac Jaroslawiec, ac item Szepin et præterea Sortem et Lacki Horyszow, in Palatinatu Belzensi ac Districtu Grabovecensi, ac Rogozno, wieprzowo Jezioro, cum villis ac bonis pertinentibus in Terra ac Districtu Belzensi consistentibus: præterea bona Castri Krzeszow, Oppidiq̃ Tarnogrod, cum villis ac bonis ad prædicta bona castri Krzeszow pertinentibus, tum Castri et Villæ Zamech cum villis et bonis ad ea pertinentibus in terra Præmisliensi Consistentibus, pro meritis in Rempublicam suis, periculisq̃ pro eadem susceptis à Regia Maiestate atq̃ Ordinibus universis aut horitate Conventionis Generalis Cracowiensis Felicis Coronationis Sacræ Regiæ Mttis, Jure hæreditario in perpetuum sibi collata, cæteraq̃ bona sua hereditaria et obligatoria. Siq̃ supra commemoratis contigua aut vicina quovis modo successu temporis acquisiverit, aut quocunq̃ iure aut quibuscunq̃ ad illum pervenerit, Juraq̃ Patronatus quorvis beneficiorum in ijsdem existentium. Thelonea ibidem quiævis in ijsdem bonis instituta, cum omnibus deniq̃ eorumdem iuribus, proventibus et utilitatibus specificatione generalitatis et è contra non excludendo statutoq̃ Regni de restitutione Generalitatis per adiunctam specialitatem per expressum renuntiando; Statuit deniq̃, Sancit atq̃ Ordinat, ne in commemoratis bonis ijsdem alli alij quam masculi qui vel ex lumbis suis procreati fuerint, aut hisce deficientibus, ex agnatis gentilibusve suis sint:

Ex ijsdem

Ex ijsdem autem unus solus eo qui infra ostendetur ordine et conditionibus perpetuis temporibus succedat, Bonorumq; eorum Dominus atq; usu fructuarius sit pro quo quidem cum sorores suas Germanas, Filiasq; suas et successores Sororum Filiarumq; Suarum, tum omnem pogeniem Sexus Fœminei, ex lumbis sui descendentem nec non quosvis Successores amitarum suarum, Amitarum item Magnarum, Proamitarum, Abamitarum, Atamitarum ne omnemq; omnino sexum Fœmineum, à commemoratorum bonorum suorum Successione in perpetuum amonet; ijsdem omnem ad ea aditum quodcunq; Ius et interresse ex eisdem repetendi præscidit, præcludit et amputat, Atq; ad Sorores quidem suas quod attinet, cum bonæ memoriæ Pater suus Magnificus Stanislaus Zamoijski Castellanus Chełmensis, Capitaneus Bełzensis, et aulicæ militiæ D. Sigismundi Augusti Regis Præfectus æris alieni non mediocrem summam in Militiæ Regipub. ministerijs partim recognitionibus ad Acta, partim fide eius constituta reliquerit, ipse autem nihilominus dotes honestissimas ijs dederit, atq; ita non solum ea bona, quæ postea vel liberalitate primum D. Sigismundi Augusti, deinde aliorum Regum, Principum Suorum, suis in Rempub. meritis laboribusq; parta sibi accesserint, verum ea etiam quæ à Parente sibi relicta fuerint privata fere pecuniâ suâ, à se redempta, adeoq; parta videri possint, meritò eas cum dotibus, à se iam exolutis, et liberalitate sua auctis, tum alijs beneficijs vel à se vel operâ sua in eas collatis contentas esse debere statuit: Filiabus autem si quam vel aliquas Deus largitus sibi fuerit Ex commemoratis quidem bonis tantum quantum per quindecim annos ex quarta parte redituum eorum colligi poterit, dotis nomine præstare. Si verò filios nullos susceperit, alia etiam bona sua, alibi: non in commemoratorum bonorum vicinitate à se vel iam acquisita vel acquirenda omnia obvenire vult, ita quidem ut si plures fuerint, tam commemoratam Summam dotalem, quam in defectu masculorum alia, bona, supra nominatis non coniuncta aut incorporata æqualiter inter se partiantur, ijsq; omnes contentæ sint, ad quem quidem modum sexu fœmineo excluso de masculis ut hoc qui sequitur Ordine ac conditionibus sibi, Succedant statuit, Sancitq;. In primis si Deo volente Filium seu plures Filios ex lumbis suis procreaverit; tum unum illorum natu maiorem hæredem omnium bonorum suorum supra memoratorum instituit; reliquos autem filios filiabus dote, quæ supra scripta est, numerata: ad reliqua bona sua, quæ supra commemoratis bonis contigua aut vicina non fuerint, addmittit ijsdamq; satisfactum illis esse vult. maiore autem natu filio decedente, si hæredes masculos reliquerit, similiter unus solus major nimirum ex illis natu, et huic

itidem major

Et extinctis eo casu morte successoris, si quibus liberis masculis relictis major natu filius majorem tantum filium decesserit, tum frater ipsius qui proximus ætate illi fuerit, si superstes adhuc fuerit, aut si ipse quoq; iam decesserit posteri ipsius, eadem ratione et Ordine Patruo suo, aut posteritati etiam ipsius succedent, similiterq; secundo etiam nato, aut posteritate ejus extinctâ. Tertius seu posteritas ipsius, et huic quartus atq; ita perpetuo, quoad posteritas aliqua masculina ex lumbis ejus profecta duraverit, ita minimum utriusq; stirpe major natu filius tantum succedat, una autem stirpe extincta, altera et huic sequentes, prout cujusq; stirpis authores proximi extincte stirpis authoribus proximi ætate fuerint, mutuo sibi semper succedant neq; plures quam unus proximi Possessoris natu major filius vel proximus Agnatus eius commemoratorum bonorum Divinarius possessor et usufructuarius sit, reliqui vero quotcunq; eorum fuerint, dum ad illos Ordo successionis non perveniat, nullum, jus aut Dominium in ijsdem bonis habeant. Quod si Gemini aliquando extiterint, postquam ad Trigesimum ætatis annum pervenerint, Serenissimus Rex Polonie qui tum extiterint, Commemorate Constitutionis vi, qui virtute, doctrina, usu rei militaris alteri præstet dijudicabit quiq; eo modo Serenissimi Regis judicio alteri præstet dijudicabit, quiq; eo modo Serenissimi Regis judicio alteri Prælatus fuerit, eadem jure, de quo supra ostensum est proximo Possessori solus in ijsdem bonis succedet, priusquam autem ad eam ætatem pervenerint usum fructum eorum utriq; seu eodem nomine Tutores Curatoresve eidem percipient. Quod si filium quidem aliquem masculum Deus sibi concederet impubere tamen eo isdem recognoscens decederet, in eum casum eum Ordinationis huius sue tum liberorum etiam Successorumq; suorum Supremum defensorem ac protectorem imprimis Sacram Regiam Metem, Serenissimum Sigismundum Tertium Regem presentem, tum pro tempore existuros constituit, tam persona deinde eorundem Liberorum suorum, quam omnium bonorum suorum Tutoriam, Curatoriam, Regimen, ac administrationem Reverendissimo Alberto Baranowski Episcopo Premisliensi, Baranowski et Regni Vice Cancellario, Stanislao Somolinski Episcopo Camenecensi Gentili suo de armis Seltarum. Magnificis et Reverendis et Generosis Nicolao Zebrzydowic Palatino Lublinensi Generali Cracoviensi, Kalischiensi, Bodestaviensi Capitaneo, Petro Tilicki Præposito Gnesnensi Canonico Cracoviensi et Regni Secretario majore, Joanni, Thome Drohoiowski a Drohoiow Curie Regie Majestatis Referendario, Capitaneo Premisliensi Floriano Zamoyski inveteriz mosoie hærede, Vexillifero Chetmensi Patruo suo, Stanislao Zolkiewski Palatino de Russia, Arubieszoviensi Kalisiensi Capitaneo, Georgio Zamoyski de Zamoscie Archidiacono Lublinensi Canonico Cracovie sacre Regie Majestatis, Joanni de Piasti Zamoyski Equitum ac Excubiarum Regni Præfecto

Præposito Zamoscensi, præsenti et pro tempore exstituto, ad extremum Burgrabio Arcis suæ Zamoscensis quem post hac et ipse instituturus et qui huic pro tempore successurus est, inscibit et committit; Dans et concedens eisdem accuilibet ipsorum plenariam et omnimodam facultatem eisdem liberos suos quos Deus sibi dederit bonaq; præfata omnia dum ad Tricesimum ætatis annum maior natu pervenerit regendi, gubernandi et administrandi eisdem studijs artium liberalium à septimo eorum ætatis anno ad decem octo annos, inde vero exercitio rei militaris continuis quinq; annis intra vel extra Regnum instituendorum et educandorum, omnia autem hæc eâ ratione quam recognoscens vel testamento vel privato aliquo scripto præscripturus est administrandi nominatim tamen hoc etiam scripto ad hæc eos obligat. In primis ordinat constituitq; ut si masculos successores aliquos reliquerit, in eorum alimenta donec ad vicesimum Annum pervenerint quot annis in singulos Mille floreni impendantur, ab anno verò eorum vicesimo ad tricesimum usq; maiori quidem natu et bonorum Successori futuro, quaterna millia. Cæteris autem singula vel in literarum Studijs, vel militia, ve Ministerijs Regiæ Mttis ac Reipub. versantibus ex commemoratis bonorum reditibus præstentur. Ad Puellarum vero alimenta et ornatum ultra dotem supra commemoratam Milleni floreni itidem in singulas deputentur. Quod impensis hisce detractis residuum fuerit, cum in continuationem et perfectionem structurarum Præfatorum bonorum Zamosciæ à se inhoatarum et designatarum, in quæ erectionem Propugnaculorum munitionumq; Castri et Oppidi Zamoscie, eam etiam in acquirenda bona aliqua à prædictis bonis suis non remota, impendi, collocari, ac converti vult, singulis autem Trigenijs is vel ij quibus ex supra commemoratis Tutoribus seu curatoribus vel Testamento vel privato scripto aliquo cujus supra mentio facta est Aeconomiæ anministrandæ peculiariter curam recognoscens delegaturus est coram cæteris curatoribus, aut si omnes Zamoscium convenire non potuerint, coram ijs quorum copiam habere poterint administrationis suæ exactam rationem reddet: ac si quid recognitionibus omnibus subductum reliquum fuerit, id communiter ab omnibus qui rationibus adfuerint obsignatum eodem in loco Zamoscij semper deponetur, donec ad præfinitam supra ætatem Successor pervenerit, quo quidem, tempore ipsi deinde Successori Tutores seu curatores universi exactam tam acceptorum expensorumq; superiorum rationum à Collega suo antea sibi deditarum rationum reddent. Si autem Deo Opt: Max: ita disponente Curatores supra nominatos omnes priusquam præfinitam ætatem Successores ejus attingerent, mori contigeret, tum et non

prius ad reliquos

Prius ad reliquos proximos Successorum Agnatos, qui tum sup-
stites fuerint, Præpositum autem et Burgrabium pro tem-
pore futuros supra scriptis conditionibus, ac modo reliqui
temporis Tutellam ac Curatoriam devolui ac deferri recogno-
scens vult; Eandem vero rationem in Tutoribus dandis
post hæc etiam à Successoribus suis in perpetuum observent,
ut nimirum quilibet quidem ex ijs filijs successoribus ue
suis, quod ei videatur det. Ex Agnatis autem maior natu,
tum verò præpositus et Burgrabius Zamoscensis pro tempo-
re futuri etiam si nominatim non dentur, cum tamen mi-
noremnium Successorum hac ipsa Ordinatione mediante per-
petui Tutores Curatoresve sint. Cum autem in ijsdem bonis
Illustris Griseldis Bathoreæ de Somlis uxor ipsius reforma-
tionem dotis suæ habeant, siquidem illa superstite liberisq;
aliquibus relictis recognoscens decesserit, ut quandiu ad secun-
da vota eadem non transierit, tum liberorum, tum ipsorum
bonorum, cum Tutoribus supra scriptis administrationem,
sed non suprascriptam tamen et eam rationem, quam Testa-
mento aut privato scripto aliquo recognoscens demonstra-
turus est, habeat, statuit ordinatq;. Si autem nullos liberos
reliquerit, tum commemorata quidem Uxor eius iure refor-
mationis suæ in ijsdem bonis utetur. Successorum autem re-
cognoscens Masculorum Curatorumve eius, de tota vel medie-
tate vel Arenda eius cum ea conveniant, utroq; autem ea
casu sive liberos reliquerit sive non si ad secundas nupti-
as illa accesserit, ut tum ex paratissima pecunia, quæ à se
relicta, aut alias demonstrata à se fuerit, dos et contrados,
cautione tamen de contradote post illius decessum renume-
randa secundum Ius publicum, prius accepta ei solvatur;
cum bona autem tum liberi in aliorum Tutorum potestate et ad-
ministratione sint. Quod si vero Deo ita visum efuerit, ut pro-
lem masculam nullam suscipiat, tunc idem Illustris et Ma-
gnificus Joannes Zamoÿski removendo similiter ut supra scri-
ptum est à successione bonorum supra scriptorum omnem sexa
Fœmineum, sed duntaxat bona sua alia, quovis Iuris titulo
alibi à se acquisita aut in posterum acquirenda ejsdem ad capes-
sendum in illis Ius naturalis successionis relinquendo Hære-
dem Successoremq; sibi constituit Patrum Suum Generosum
Florianum Zamoÿski in vetere Zamoscie heredem Vexillife-
rum Chełmensem, Posterosq; ipsius Masculos, siquos habu-
erit, eodem nimirum modo et ordine qui supra demonstratus
est ijsdemq; conditionibus quæ Ordinatione hac continentur
sibi Successuros. Quod si hic quoq; vel ipse sine prole mascula
decederet, vel si quam suscepisset, Proles ea successu tempo-
ris extinqueretur, in eum casum omne Ius hæreditarium et pro-
prietarium Commemoratorum bonorum suorum cum in Agna-
tos suos collaterales Domus et Familiæ Zamoÿskich, ex
Linea olim Generosi Mathiæ Zamoÿski Equitum apud

D. Casimir

D. Casimirum Regem Praefecti, Filij alias Generosi Thomae de Łaziemno in Zamoscie, fratris Germani Generosi olim Floriani Zamoyski Proavi sui procedentes, hoc est in Successores Masculini sexus Generosorum olim Venceslai Pauli et Joannis Zamoyskich Filiorum, olim dicti Mathiae à Thoma Zamoyski pari consanguinitatis gradu sibi coniuncti, modo ac ordine infra scripto transfert. Similiter autem unum duntaxat ex ipsis Generosis Zamoyskich sexus Masculini supra commemoratorum bonorum suorum Heredem, praesente perpetuâ Ordinatione suâ instituit. Primum. Et si plures inter eos esse animadvertat in quibus partim egregia indoles eluceat, partim qui non pauca Specimina Virtutis iam ediderint, cum tamen alij inter eos, vel ante iam beneficentia aliqua sua à se aucti sint, vel in posterum etiam praemia virtutis suae referre possit. Unusq; solus bonorum Shorum haeres, Dominus, Usufructuarius atq; Possessor esse debeat; in defectu uti supra ostensum est prolis ~~prolis~~ suae Masculinae, aut etiam Patrui sui Generosi Floriani Zamoyski Vexilliferi, Chełmensis Generosum Mathiam, Filium generosi Pauli Zamoyski de Zamoscie et in Nierozikow haedis nepotem, Petri Zamoyski pro nepotem, Venceslai Mathiae ab nepotem Thomae autem Zamoyski de Łuzimno in Zamoscie supra nominatum Adnepotem, ut quem iam ab aliqua aetatis tempore in educationem suam Paternâ cura suscepit heredem eum bonorum suorum supra commemoratorum edit, nominat et instituit, iamq; edidit, nominavit et instituit. Cum autem commemoratus Mathias in puerili adhuc aetate constitutus ac impubes sit tam personae ipsius, quam bonorum omnium commemoratorum Curatoriam atq; administrationem ijsdem quos supra proprijs liberis suis constituit, eademq; omnino ratione atq; administratione gerendumq; similiter refert, instituit et committit, Dans, concedensq; ijsdem cum aliarum rerum omnium, modo ac ratione suprâ scriptâ hinc ab actu praesente ad decursum viginti trium annorum Administrationis plenam integramq; facultatem, tum ipsi Mathiae Zamoyski, Studijs artium liberalium ad decem octo annos inde vero exercitio rei militaris continuis quinq; annis intra vel extra Regnum similiter instituendi informandi et educandi. Adultus autem prae ceteris conditionibus quae infra illi ceterisq; successoribus in universum praescribentur, si quam recognoscens filiam reliquerit, quam, commemoratus Mathias Zamoyski ducere debet Servans liberos masculos, Primus etiam ac proximus haeres erit, ita nimirum ut Patruum etiam disponentis antecedat. Interim vero dum adolevit, in eâ quae supra ei est constituta Tutellâ conditione ac modo supra scripto administrandi et ipse et bona erunt. Qui quidem Mathias Zamoyski, et quicunq; illi postea successerit, si liberos masculos

habuerit

habuerit similiter unus tantum et maior natu odemq Ordine sibi sucedent, qui supra in proprijs recognoscent liberis, demonstratus est. Si vel sine liberis masculis decesserit, aut liberis quidem relictis illorum etiam stirps postea defecerit, substituit in eum casum illi itidem Agnatos suos Generosos primo Joannem Zamoyski de Piaski Equitum et Ecubiarum Regni Praefectum. Huic autem itidem sine liberis masculis extincto Felicem Zamoyski Generosi olim Christophori filium: Quod si his quoq sine liberis aut posteris masculis decedere contigeret. Tum ut ex reliquis supra commemoratis Agnatis suis Zamoyskich, quorum omnium Genealogiam connotatam in Tabulario et Sacrario Templi Zamoscens recognoscens relinquet. In Ministerijs Regiae Mttis ac Regijb. vel Togatis vel Militiae doctrinae, ingenij, virtutisq maiora pluraq documenta quisq ediderit, utilioremq quae caeteris operam navarit, ita caeteros in successione praecedet. Quod si forte plures pari virtute ac meritis in Rempub. extiterint, Serenissimus Poloniae Rex tunc temporis futurus, Cujus eorum et praestantiam merita sint, et de cujus virtute et ingenio in posterum etiam maior spes esse potest. Similiter quemadmodum inter Geminos supra ostensum est iam memoratae constitutionis vi atq autharitate dejudicabit. Cui autem ex commemoratis Zamoyskich idem Serenissimus Rex virtutis ac meritorum praecaeteris testimonium tribuerit, is praecaeteris proximo Successori succedet. In quo tamen id diserte recognoscens cavet ne per hanc sententiam utrovis casu Regij Juris bona ea aliquando fiant, vel censeantur, Serenissimiq Reges Poloniae praeter Supremum Dominium, quod in aliorum Nobilium Regni huius bona habent, et utroq supramemoratorum casuum qui inter Zamoscios succedere ijs casibus debeant, ipsi declarent definiantq nihil aliud iuris usurpare sibi in ea possunt, ita ut caeteris omnibus rebus terrestris iuris semper permaneat. Ita verò ad successionem vocatus eodem omnino Ordine et conditione, quae supra praescripta est, ad posteros suos eam itidem transmittet: Atq hanc quidem successionis rationem quod ad aliquis ex supra commemoratis Agnati suis Zamoscijs duraverit observari vult. Quod si verò horum quoq stirpes omnes deficerent habebit tum deniq facultatem vel ultimus ex illis eorundem bonorum Possessor ex familia sua ex qua proximè derivata stirps Zamoscia est Lazinski Stemmatis Gelitha seu Kozlerogorum de Terra Lancicens filiae alicui suae, si quas habuerit, aut si filias non habuerit proximae suae Agnatae simul et maritum et eorundem bonorum successorem constituendi; Sin ipse non fuerit, tum proximi puellae cognati una cum Praeposito et Burgrabio Zamoscien pro tempore futuris Tutoribus, Item alijs si quos idem decessor puellae constituerit eandem potestatem habebunt, ita nimirum ut illi communi consilio aliquem

ex commemoratis

ex commemoratis Łazinskich de armis Gelitha, qui et ætate puellæ non impar sit, virtute autem cæteris emineat, commemorati ultimi Successoris filiæ vel proximæ Agnatæ et maritum simul et bonorum successorem deligant. Quod si alij quam ex commemoratis Gelithonibus alicui puellæ nupserit, seu à commemoratis Cognatis et Tutoribus suis collocata fuerit, tum qui ex Gelithonibus nuptias eius, ambierit, repulsam autem passus fuerit, bona ea eodem modo qui infra in ijs qui venditiones Ordinationes huiusmodi observaverint proscriptus est vindicandi potestatem habebit, ita nimirum, ut cum se eam ducere paratum fuisse, illam autem alteri, quam ex Jelithonibus alicui nupsisse ostenderit, bonorum successio ipsi adiudicetur. Qui quidem Łazinski Jelitho utrovis casu vel vel per matrimonium vel per Judicium ad successiones vocatus ultra alias conditiones quæ in genere omnibus Successionibus infra præscribentur, et hunc ubi proximi decesseris, vel filiam, vel proximam agnatem ducat. In primis etiam nomen Zamoyskich suscipiet, eiq; et ipse et posteritas eius tum, eodem etiam Successionis iure, quod supra descriptum est, ijsdemq; conditionibus similiter in perpetuum utentur. Conditionibus, autem successorum suorum, qui modo supra scripto succedere sibi debent, singulos et unum quemq; tam eorum qui ex lumbis suis descenderint, quam etiam Agnatis suis Zamoyskich aut etiam hisce deficientibus, qui ex Gentibus suis Łazinskich Jelithonibus seu Kozlorogis ratione supra demonstrata ad successionem vocari debent: non se ingerere, necessarijs et irremissibilibus hisce onerat et obstringit ac sub ijsdem cum commemoratorum bonorum Successionem eos adire tum Dominium eorundem obtinere vult. Primum atq; ante omnia Templa cultumq; Divinum in ijsdem supra commemoratis bonis omnibus et singulis fundata, imposterumq; fundanda, ritumq; Sacro Sanctæ Catholicæ Romanæ Religionis in ijsdem non immutet, eorundem Templorum, tum Xenodochiorum et et Scholarum benficiorum, item seu fundationum in alimenta Studiosorum, tam Ecclesiasticorum quam Secularium in ijsdem bonis instituendorum, Dotationes, Proventus, Censusq; quovis, Suppellectilem itidem sacram ijsdem dandorum et ascribendorum ministrosq; Dei earundem ædium quantum in se est omnibus rebus tueatur ac defendat. Secundum hæc in Repub. ita versetur, ut nil ipsius salute et indignitate antiquius habeat: In primis autem Serenissimos Reges tanquam Magistratum Supremum debita fide atque obsevantiâ semper colat: et cum libertati publicæ, tum qua ea maximè continetur paciet concordiæ Civium studeat, à turbulentis

à turbulentis et novis consilijs absit; adsit autem et conjungat semper se cum ijs qui Repub. et præsentem statum salvum esse velint. Si forte Repub. bellum etiam aliquod, vel finium propagandorum vel defendendorum causâ susceperit, in eo etiam nullis boni officio Civis desit. Tertio Bona omnia commemorata, et singula, tam in toto, quam in minima quacunq; parte eorum nullis inscriptionibus, Reformationibus, Advitalitibus, in universumq; Juribus sive perpetuis seve temporaneis quibuscunque (fundationibus tamen oppidorum, villarumq; ad utilitatem commemoratorum bonorum Zamoscen. institutis exceptis:) oneret aut afficiat; nec eadem ullis lucris ac summis pecuniarijs, pocessibusq; Juris, quibus possessio in manus alienas ex composito transferri possit, quovis modo affici permittat, sed libera et immunita semper à quibusvis oneribus et vinculis conservet. Quam quidem ob rem, si quis ex commemoratis Dominis aut Possessoribus Zamoscijs, iniuriam danumve alicui intulerit, Actio etiam contra eum in quem propria bona illius instituetur ita ut si sententia aliqua contra eum in iure obtenta fuerit, vel alijs bonis suis, si quæ propria et hæreditaria habuerit, vel propria persona secundum Jus publicum illi satisfaciat: commemorata autem bona Zamoscien. nullo modo efficere possit, eodemq; modo ne ex causa quidem controversiæ occasione bonorum prædictorum finium, aut alia ulla vadia et perlucra quævis extendi in ea bona possit, ut quorum Possessorum Usufructuarius tantum Dominus futurus sit. Sed si controversia ipsorum bonorum ratione vel finium, vel quacunq; aliâ causâ exstiterit, tum Actor quidem Possessorem citabit, Citationem tamen in bona Zamoscien. ponet, atq; ad Præpositi et Burgrabij Zamoscensis pro tempore futuri notitiam deducet, qui quidem cæteros Zamoscios Agnatos de ad citatione quam primum cerciores facere tenebuntur. Exemplaq; citationis ad eos mittent, Possessorum autem consilio, aut etiam alijs Agnatis suis communicato, communi consilio Jure bona defendet aut si damnum aliquod deprehenderit datum fuisse ex æquo et bono cum authore componet, vel sententiæ definitivæ ultimæ instantiæ stabit, neq; vel litem ducet, Velut per lucra, vadia, aut alias Juris difficultates devenire rem permittet, Quod si Possessor aliqua vel culpa vel negligentiâ vel prævaricatione ad perlucra aliqua rem deduci passus fuerit, perlucra quidem ijs

quidem ij qui ea obtinuerint in bona ipsius quæ habuerit, aut
in personam ipsius extendent, Ipse autem Possessor,
tanquam qui contra conditiones Ordinationis hujus
et Juramentum suum fecerit, quemadmodum infra
ostenditur, à possessione removebitur: quem quidem pro-
cessum commemoratæ Constitutionis authoritate præsen-
tibus hisce ad omnium notitiam recognoscens deducet,
secundum supra commemorata autem ut cum Tabula-
rium etiam quæ in eo monumento, sed ad publicas seu
ad privatas res pertinentia relicta à se fuerint, tum
Bibliothecam atq; armamentarium diversis formen-
tis atq; instrumento bellico à se instructum, omni
studio ac cura ijdem Successores tueantur, eis pre-
scribit, similiter domesticam etiam supellectilem
omnem in commemoratis Bonis comparatam eiq; pre-
petuo adscriptam non solum dilapident, verum eam
et factam conservent, si aliqua usu attrita aut corrupta
fuerit, eandem, vel reparatam curent vel aliam in eius locum,
non prestantiorem, pari tamen valoris comparent. Quarto
jura, Privilegia, Libertates et prærogativas præfatæ supra
nominatæ Civitati Zamosij per se datas, et authoritate eius-
dem Conventionis Constitutionisq; in ea latè approbatas.
Tum omnes et singulas Literas eiusdem recognoscentis Jo-
annis Zamoyski subditis, beneficiarijsq; suis quibuscun-
bonorum prædictorum omnium et singulorum Immu-
nitatesq; ijdem cuiuscunq; Nationis tam Polonicæ quam
Germanicæ, Græcæ, Armenicæ, aut cuiuscunq; alij con-
cessas in posterumq; concedendas, omnes denique et quascun-
Fundationes in omnibus illarum punctis et conditio-
nibus integrè et inviolabiliter conservent, Incolasq; eius-
dem Civitatis ab omnibus injurijs legitimo et Ordinario
domo tueantur et propugnent. Quinto modum sumptus
Ordinarij tum in familia fovenda, et reliquare domestica,
tum alijs etiam rebus specialiter à se præscriptum, vel pre-
scribendum non excedant per omniaq; census aut sumptu-
um rationem habeant. Quæ quidem conditiones et abom-
nibus et singulis eius Successoribus, sive ex lumbis pro-
prijs eiusdem recognoscentis descendentibus, sive etiam
deficientibus ipsis cæteris Agnatis, Gentilibusve suis,
eo maiore cum Religione observentur, ut quilibet, et
quicunq; Possessor eo ipso tempore, quo possessionem
commemoratorum Bonorum secundum supra scriptam

Ordinationem

Ordinationem, adibit in Templo maiore Civitatis eius Zamoscie, coram aliquo ex reliquis Agnatis suis, quoseo advocabit, tum praeposito et Sacerdotalibus eiusdem Ecclesiae ~~Consulatu autem~~ ejusdem Civitatis praesentibus; Praeposito locilli praeeunte sequens, Iuramentum in eosdem praestet, in perpetuum hisce ordinat. Ego. N. Zamoyski Iuro, spondeo coram Deo, tanquam Successor bonorum Zamoscij, quod inprimis Religionem Catholicam Romanam, omniumq in commemoratis bonis Zamoscenis ad eam pertinentia, Templa et fundationes quantum in me est tuebor, neq unquam ea vel transferram, vel diminuam aut mutabo, neq à quocunq transferri, diminui aut immutari permittam, Regiae Mttis Dni mei clementissimi Reipublicaeq salutem ac dignitatem quantum in me est, omni studio semper procurabo. Bona ad Zamoscium pertinentia, atq incorporata omnia et quaecunq conservabo; nihil unquam de ijs diminuam aut obligabo, nullisq omnibus summis, pecunijs, processibus, iuris, perlucris, aut quibuscunq tandem nexibus eandem involuam, officiamq, aut involui, afficere sinam: Iura privilegia, Libertates ac Praerogativas ab Illustrissimo quondam et Magnifico Ioanne de Zamoscie, maiore meo gratâ memoriâ prosequenda, vel universis vel singulis datas, in universumq omnem Ordinationem ipsius, ex qua nunc succedo, firmiter, inviolabiliterq perpetuis temporibus manu tenebo, observaboq, sic me Deus adiuvet, et haec Sancta ejus Evangelia. Quod quidem Iuramentum antequam praestiterit, neq caeteri Agnati, neq Burgrabius, neq Cives Zamoscenses, neq ulli alij subditorum pro Domino eum agnoscere, aut de ullis proventibus ei respondere tenebuntur. Sin autem Iuramento praestito nihil ominus aliquid contra supra scriptam Ordinationem fecerit, in eum usum qui alias secundum hanc Ordinationem immediate succedere ei debebat; aut si hic quoq neglexerit, ad hoc secundus, Tertius, et eodem ordine consequenter ijs qui se antecederent, prius admonitis et appellatis, si nihilominus prosequi neglexerint, tum ipsi et quicunq eorum talem Possessorem coram Iudicio terrestri Crasnostaviensi aut Grabovecensi, in quo quidem citatus semotis quibusvis dilationibus exceptionibusve omnibus in universum beneficijs, legibus, vel Constitutionibus praesciptis, vel describendis, opponi vel

Opponi vel concedi solitis, pœnis item Judicialibus respondere, iudicatoq; parere tenebitur, commemoratæ Constitutionis publice, atq; Ordinationis huius vi atq; authoritate conveniendi, quæ contra Ordinationem hanc fecerit arguendi potestatem habebunt, ac siquidem fecisse aliquid contra eam convictus fuerit tum eo ipso tanquam periurus ab omni administratione et Successione, usufructu, et Possessione remotus esse debebit, In eius autem locum, Is qui eum arguerit Sententiamq; contra eum obtinuerit, eodem Jure ac conditionibus quæ supra descriptæ sunt ei succedet; appellatione tamen salva ad superius Judicium, ultimæ instantiâ à definitiva Sententia parti gravatæ conservata. Quam quidem Ordinationem suam etsi recognoscens ipsius Constitutionis authoritatem firmam ac munitam esse intelligat, petit nihilominus cum à Serenissimis Regibus Poloniæ pro tempore futuris tum ab Ordinibus universis, ut ipsi quoq; sua authoritate atq; studio tueri eam semper velint. Quo quemadmodum suæ erga se ac posteritatem suam, Clementiæ ac benevolentiæ significationem dabunt. Ita ad similem alios quoq; erga Rempub. fidem atq; studium eo magis incitabunt. Reliquit nihilominus et reservat sibi idem recognoscens in herendo præfatæ Constitutioni Conventionis Generalis Regni Varsaviensis facultatisq; sibi eadem concessæ integram liberamq; potestatem durante vitâ sua primum de bonis suis prædictis pro libitu suo ~~apud~~ quæcunq; ei videbitur, sive in toto sive in parte corrigendi, immutandi, vel abrogandi seu locupletandi, et quemcunq; Successu temporis visum ipsi fuerit in Successorem suum denuo constituendi constitutumq; pro bene placito suo removendi, et alterum pro arbitrio suo in locum illius assumendi: Si verò eadem Ordinatio sua, à se non immutabitur nec corrigetur Se mortuo ipso facto præsens firma et irrevocabilis permanere debebit. Hac suâ Præsente recognitione et authoritate præfatæ Constitutionis Varsaviensis mediante, quâ ab omnibus et singulis Successoribus suis ex quacunq; linea existentibus salvam et illæsam tam in toto quam in parte omnibusq; eius Capitibus, punctis, clausulis, articulis teneri et observari vult, eosdemq; iuxta facultatem sibi eadem constitutione concessam præsentibus ad ea obstringit et obligat.

Actum Lu

# Actum Lublini in Judicijs Ordinarij Generabus Tribunalis Regni, Feria Sunda post Festum S: Egidij proxima Anno Dñi Millesimo Quingentesimo Nonagesimo.

Comparens personaliter coram Judicio presenti Tribunalis Regni Lublinensi Actisq̃ eiusdem Judicij Illustris et Magnificus Joannes Zamoyski de Zamosc Regni Supremus Cancellarius et Exercituum Generalis, Bedzen, Marieburgen Derpten Knipzyn Mydzyrzycen Grodecen Jaworowien et Capitaneus etâ Terris, Districtibusq̃ Juribus Jurisdictionibus, quibus alias vel ipse vel bona eius subiecta sunt recedendo, seq̃ cum Successoribus Bonisq̃ suis infra scriptis Jurisdictioni Presenti Judicij Tribunalis Regni, quantum ad presentem hunc actum pertinet eum incorporandum palam, libere et per expressum recognovit, recognoscitq̃: Cum in Conventione Regni Generali Anno Dñi Millesimo quingentesimo Octuagesimo nono Varsaviæ habitâ, plena liberaq̃ facultas certum modum atq̃ Ordinem Successoribus in bonis suis prescribendi sibi concessa, ac postea etiam quam ex commemorata Constitutionis authoritate Ordinationem certam fecisset, atq̃ ad acta Tribunalis Lublinensis recognosset eadem deinde proximis etiam Comitijs Anni huius Millesimi Quingentesimi Nonagesimi publicâ Constitutione approbata confirmataq̃ fuerit. Utraq̃ autem Constitutione durante vita sua eandem Ordinationem toties quoties illi viderentur mutandi, corrigendiq̃ libera facultas relicta sibi fuerit, se pro facultate ac potestate hac Ordinationem eadem superiori Anno ex commemorata Constitutionis vi atq̃ auctoritate à se factam inq̃ Acta Tribunalis Regni relatam, proximisq̃ Comitijs iterum novâ constitutione confirmatam, presente hac recognitione suâ, quibusdam Capitibus et in punctis augendam, corrigendam ac mutandam constituisse. Cum enim ab eo tempore ex quo Commemoratam Ordinationem fecerat, et Illustris Sigfeldis Bathorea de Solmis, paulo̅q̃ postea filiola Zophia, quam paulo ante pepererat quoq̃ una sua reliqua erat, mortua fuerit, et Patruus suus Generosus Johannes de Zamoscie Vexillifer Terræ Chelmensis quam Secundum

Secundum liberos ex lumbis suis natos primum haeredem instituerit, ad eam non modo senectam qua decrepita ferè in eo est, verum valetudinem etiam reductus sit, ut neq; ipse res suas administrare possit, ut sine ulla cura valetudinis recuperandæ, tum maxime liberorum spe vitam agat, tot rebus interim in Domo ac familia sua mutatis, ad earum mutationem Ordinationem eandem suam accómodatitatem sibi statuit. Inprimis igitur vetus Zamoscium à commemorato Patruo suo hucusq; possessum cum omnibus ad id pertinentibus bonis ac villis. Quemadmodum autem hac à commemorato Patruo suo possessum id fuit, similiter vero reliqua etiam bona, siqua vita sua durante in Palatinatu Belzensi in Terra Chelmensi sibi donata, insepta, aut quacunq; ratione acquisita, vel ad se revoluta fuerint, cum novo Zamoscio, alijsq; suis bonis demonstratâ Ordinatione, a se comprehensis, ita ne generalitas specialitate neq; contra deroget, vi præsentis recognitionis huius suæ, quod id secundum superiorem Comitiorum Constitutionem, quam firmissimo modo a se fieri potest adjicit unit, incorporat, eidemq; Ordinationi in omnibus omnino punctis et clausulis, quæ hac recognitione excepta non sint, subjicit, obligat et obstringit. Deinde si quidem in hac viduitate et orbitate suâ, ad alias nuptias descenderit, uxoremq; aliam duxerit liberosq; alios seu masculos seu femellas susceperit, quam Ordinationem constanter Matrimonio priore de utriusve sexus liberis fecit, atq; ad Acta recognovit. Eandem in ijs quoq; si quos deinceps susceperit, ac constituit. Quod si ad alias nuptias non descenderet, aut Uxorem quidem aliam duxerit, liberos autem ex ea masculos nullos susceperit, in eum demum eventum atq; casum, cum commemoratus Patruus ipsius Generosus Florianus de Zamoscie neq; per ætatem liberos ullos procreare iam amplius possit, neq; per valetudinem rem familiarem ipse administrare: Generosum Mathiam Zamoyski, quem in priore Ordinatione substituerat, nunc proximum haeredem, ijs tamen conditionibus et modis, qui in ipsa Ordinatione Anno superiore à se facta descripti sunt, immediatè constituit, adoptat et declarat. Quod si tamen Commemorato Patruo suo superstite, migrare ex hac vita contigerit, ijdem Tutores, Curatores, qui in superiore Ordinatione filij, aut in horum defectum commemorato Mathiæ Zamoyski Agnato suo constituti à se fuerint, cum liberorum haeredum ne à se relictorum institutorumve adprescriptam usq; ætatem, Tutelam curamq; habebunt, tum ut et commemorato etiam Patruo suo, et si tam ipsi quam coniugi eius Generosæ Catharinæ de Orzko, alias etiam

ab eadem

ab eadem recognoscente provisum sit, tamen non modo ut nihil desit, verum quam copiosissime, etiam atq; honestissime omnibus rebus ijs exhibeatur providebunt curabuntq;. In quibus quidem capitibus et clausulis quemadmodum dictam Ordinationem suam corripit et emendat. Ita in alijs omnibus de quibus expresse hic nihil dispositum à se erit; iterum eandem quam maximè confirmat, perpetuamq; vim aut horitatem ac robur obtinere eam vult, quemadmodum nominatim etiã ea, quæ Ecclesijs veteris et novij Zamoscæ, iam donavit, inscripsit, attribuit, vel durante vita sua eisdem donaturus, inscripturusve est; Similiter præsente hac Ordinatione suâ confirmat, perpetuoq; firma ac rata in posterum esse vult, Libera nihilominus idem recognoscens sibi reliquit et reservat inhærendo concessioni et authoritati præfatorum Comitiorum Generalium, facultatisq; sibi ijsdem concessæ integram liberamq; potestatem, durante vitâ suâ primum de bonis prædictis pro libitu suo ad quemcunq; ei videbitur Acta disponendi, dandi tam supra cammemoratam, quam præsentem etiam Ordinationem si ita ei videbitur, sive in toto sive in parte corripiendi, immutandi, vel abrogandi seu locupletandi, et quemcunq; successu temporis visum ipsi fuerit in successorem suum denuo constituendi, constitutumq; pro bene placito suo removendi, et alterum pro arbitrio suo in locum illius assumendi. Si verò eædem hæ Ordinationes suæ à se non immutabuntur nec corrigentur, se mortuo ipso facto firmæ ac irrevocabiles permanere debebunt. Hac suâ præsente recognitione et authoritate præfatorum comitiorum mediante in eumq; casum ab omnibus et singulis Successoribus suis, ex quacunq; lineâ existentibus salvas et illæsas tam in toto quam in parte omnibus eius Capitibus, punctis clausulis, articulis teneri et observari vult eosdem sive facultatem sibi ijsdem Comicijs concessam, præsentibus ad eas obstringit et obligat.

Actum Lublini in Judicijs Ordinarijs Tribunalis Regni, Sabbatho post Festum S. Bartholomæi Apostoli proximo Anno Dñi Millesimo Quingentesimo Nonagesimo primo.

Comparuit

Comparens personaliter coram Judicio praesenti Tribunalis Regni Lublinensi, Actisq; eiusdem Judicij Illustris et Magnificus Joannes Zamoijski de Zamoscie, Regni supremus Cancellarius et Exercituum Generalis, Belzenß Bariēburgenß, Derpatenß Knijszijnenß Miedzijricenß, Grodecenß, Javoroviensisq; Capitaneus: Et à Terris Districtibusq;, Juribus Jurisdictionibus, quibus alias vel ipse, vel bona eius subiecta sunt, recedendo Seq; cum Successoribus suisq; bonis nfra scriptis Jurisdictioni praesenti Judicij Tribunalis Regni, quantum ad praesentem hunc Actum pertinet incorporando, palam, libereq; et per expressum recognovit, recognoscitq;, cum in Conventione Regni Generali, Anno Dni Millesimo Quingentesimo Octuagesimo nono Varsaviae habita plena liberaq; facultas, certum modum atq; ordinem Successionis in bonis suis proscribendi sibi concessa, ac postea etiamq; ex commemoratae Constitutionis aut horitate Ordinationem certam fecisset, atq; ad Acta Tribunalis Lublinensis recognovisset. Eadem deinde sequentibus Comitijs Anni Millesimi Quingentesimi Nonagesimi publica Constitutione approbata confirmataq; fuerit, utraq; autem Constitutione, durante vita sua eandem Ordinationem toties quoties illi videretur, mutandi corrigendiq; libera facultas relicta sibi fuerit, se pro facultate ac potestate hanc Ordinationem Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Nono, ex commemoratae Constitutionis vi atq; authoritate à se factam inq; Acta Tribunalis Regni relatam, Sequentibusq; Comitijs Anni Millesimi Quingentesimi Nonagesimi, iterum nova constitutione confirmatam, et Anno eodem 1590 emendatum iterum praesenti hac recognitione suâ quibusdam in capitibus et punctis augendam, corrigendam, ac mutandam constituisse. Cum enim ab eo tempore ex quo commemoratam Ordinationem fecerat, et Uxor sua Illustris Griseldis Bathorea de Somlis, pauloq; posteam filiola Sophia, quam paulo ante pepererat, quaeq; una tum reliqua erat, tum Patruus etiam Suus Generosus Florianus de Zamoscie Vexillifer Terrae Chelmensis, quem secundum liberos ex lumbis suis natos primum haeredem instituerat, mortui fuerint, tot rebus interim in Domo ac Familiâ sua mutatis ad earum mutationem Ordinationem etiam suam accomodandam sibi statuit. Inprimis igitur vetus Zamoscie cum villis ac bonis omnibus adid pertinentibus in Palatinatu Belzensi ac Districtu Grabovecensi ac Terra Chelmesi et Districtu Crasnostaviensi consistentibus, Similiter verò reliqua etiam bona, si quae vitâ suâ durante in Palatinatu Belzensi, et in Terra Chelmensi sibi donata inscripta, aut quacunq; ratione acquisita, vel à se devoluta fuerint: Cum Novo Zamoscio alijsq; bonis

supra demonstratâ

Supra demonstratâ Ordinatione à se comprehensis, ita Generalitas Specialitati, neq; è contra deroget, vi præsentis Recognitionis hujus vitæ, quod id secundum supra commemoratum Comitiorum Constitutionemq; firmissimo modo à se fieri potest, adijcit, unit incorporat, eidemq; Ordinationi in omnibus omnino punctis et clausulis, quæ hac recognitione excepta non sint, subijcit, obligat et obstringit. Deinde siquidem in hac, viduitate, et orbitate suâ ad alias nuptias descenderit, uxoremq; aliam duxerit, liberosq; alios, seu masculos, seu famellas susceperit, quam quam Ordinationem Año 1589 constante Matrimonio priore, de utriusve sexus liberis fecit, atq; Ad Acta Tribunalis Regni Lublinens recognovit, eandem in ijs quoq; siquos deinceps suscepturus, sit per omnia vim, aut horitatem ac locum suum obtinere vult, utq; per omnia obtineat, præsenti recognitione ordinat, sancit ac constituit. Quod si ad alias nuptias non descenderet, aut uxorem quidem aliam duxerit, liberos autem ex ea masculos nullos susceperit, in eum demum eventum atq; casum Generosum Mathiam Zamoijski quem in priore Ordinatione Patruo substituerit, et postea proximum hæredem fecit, ijs tamen conditionibus et modis, qui in ipsa Ordinatione Año 1589 a se factâ descripti sunt. In utrumq; igitur casum. Si nimirum vel ad secundas nuptias descenderit, liberosq; ex ijs susceperit, vel sine liberis se decedente commemoratus Generosus Mathias Zamoijski ita quemadmodum supra demonstratum est, hæres à se institutus Impubes sit successerit, ac Tutores in suprâ commemoratâ Ordinatione Año 1589 recognita iam ante hæredibus suis à se institutis, Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Bathoreum Andream S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem et Episcopum Varmiensem, et Illustrissimum Dominum Christophorum Radzivil in Birze et Dubinki Ducem, Palatinatum Vilnensem, Militiæq; M. D. Lithiæ supremum Præfactum, eodem omnino iure, potestate, à conditione, quâ superiores à se constituti sunt præsente hac recognitione suâ mediante, nominat, adijcit, et instituit. In quibus quidem capitibus et clausulis, quemadmodum dictam Ordinationem Suam corrigit et emendat, ita in alijs omnibus, de quibus expresse hic nihil dispositum, à se est, iterum eandem, quam maximè confirmat, perpetuamq; vim, authoritatem ac robur obtinere eam vult. Quemadmodum nominatim ea, quæ Ecclesijs Veteris et novi Zamoscij iam denovit, in-scriptis attribuit, vel durante vita suâ eidem donaturus inscripturusve est. Similiter præsente hac recognitione suâ confirmat, perpetuoq; firma ac rata in posterum esse vult. Liberum nihilominus idem recognoscens sibi reliquit et reservat

Et reservat inherendo concessioni et authoritati prefatorum Comitiorum Generalium, ffacultatisq; sibi ijsdem concessa, integram, liberamq; potestatem dusante vita suâ, Primum de bonis predictis pro libitu suo apud quacunq; ei videbitur acta disponendi; deinde has à se factas et recognitas Ordinationes et emendationes, si ita ei videbitur, sive in toto, sive in parte corrigendi, mutandi vel abrogandi, seu locupletandi, et quemcunq; Successu temporis visum ipsi fuerit in Successorem suum denuo constituendum, constitutumq; pro benè placito suo removendi et alterum pro arbitrio suo in locum illius assumendi: Si vero eadem ha Ordninationes sua à se non immutabuntur nec corrigentur; Se mortuo ipso facto ipsa firme et irrevocabiles permanere debebunt. Hac suâ presenti recognitione et authoritate prefatorum Comitiorum mediante. In eumq; casum ab omnibus et singulis successoribus suis, ex quacunq; linea existentibus, salvas, Illesas tam in toto quam in parte, omnibusq; eius Capitibus, punctis, clausulis articulis teneri et observari vult, easdemq; iuxta facultate sibi ijsdem Comitijs concessam presentibus ad eas obstringit et obligat.

Actum Lublini in Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni, Feria sexta post Festum S. Egidij proximâ Anno Dñi millesimo Quintesimo Nonagesimo Tertio.

Comparens personaliter coram Judicio presenti Tribunalis Regni, Actisq; eiusdem Judicij, Illustris et Magnificus Joannes Zamoyski Regni Supremus Cancellarius et Exercituum Generalis Bełzensis Barienburgens, Derpatens Knyszynens Mszczyżlavicens. Grodecens Sawornien Capitaneus etc. et à Serris Districtibusq; Juribus Jurisdictionibus, quibus alias vel ipse, vel bona eius subiecta sunt recedendo. Seq; cum successoribus bonisq; suis infra scriptis, Jurisdictioni presenti Judicij Tribunalis Regni, quantum ad presentem hunc Actum pertinet incorporando, palam liberè ac per expressum recognovit, recognovitq; si cum in Conventione Regni Generali Anno Dni 1589 Varsavia habita, plena liberaq; facultas, certum modum atq; Ordinationem Successionis in bonis suis prescribendi sibi concessa ac postea etiam quam ex commemoratâ Constitutionis authoritate Ordinationem certam fecisset, atq; ad Acta Tribunalis Regni Lublinensis recognovisset. Eadem

deinde

Eadem deinde sequentibus Comitijs Anni 1590. Publica Constitutione approbata confirmataq; fuit, utrâq; autem constitutio-ne durante vitâ suâ eandem Ordinationem toties quoties illi videretur emendandi, immutandi, amplificandi, libera facultas relicta sibi fuerit, se pro facultate ac potestate hac Ordinationem Anno 1589 ex commemoratæ Constitutionis viatq; authoritate à se factam inq; Acta Tribunalis Regni relatam, sequentibusq; Comitijs Anni 1590 iterum usitata Constitutione confirmatam, et Anno eodem 1590. et iterum Anno 1591 emendatam, Tertio hac sua personali Recognitione quibusdam in capitibus et punctis augendam, corrigendam ac mutandam constituisse. Cum enim ab eo tempore et ad novum Matrimonium descenderit, et pleræq; res in Domo ac familia eius mutatæ sunt, ad earum mutationem Ordinationem suam accomodandam constituit. In primis igitur Vetus Zamoscie cum Villis ac bonis ad se morte Patrui eius olim Generosi Floriani Zamoyski Vexilliferi Chełmensis devolutis, et sortibus in ijsdem ab alijs personis sibi donatis, et in scriptis in Palatinatu Bełzensi et Districtu Grabovecensi, ac Terra Chełmensi et Districtu Crasnostaviensi consistentibus. Tum bona Szczebrzeszijn cum Castro, oppido, villis ac bonis omnibus pertinentibus prout sibi sunt à Magnificis et Generosis Dominis Andrea Castellano Nadensi Petro Succamerario Posnaniensi Stanislao et Joanne fratribus à Czarnkow donata et inscripta, similiter verò reliqua bona si quæ vitâ suâ durante in Palatinatu Bełzensi et Terra Chełmensi sibi donata, inscripta aut quacunq; ratione accquisita, vel ad se devoluta fuerint, Cum bonis Castri et Oppidi Novi Zamoscie in fundo bonorum suorum hereditarium Kalinowice et Skokowka à se constituti ac villis ad prædictam Skokowkam antiquitus pertinentibus nec non bonis Tworijczow et Letownia Sulmice cum villis ac bonis pertinentibus, Mokre in Terra Chełmensi et Districtu Crasnostaviensi consistentibus, nec non Janowice cum pertinentibus Stabrow Jarosławiec, ac item Szepin, et præterea sorte in villa Lacki Horijszow in Palatinatu Bełzensi ac Districtu Grabovecensi, ac Rogozno, Wieprowe Jezioro cum villis ac bonis pertinentibus in Terra et Districtu Bełzensi consistentibus, præterea bonis Castri Krzesowo, Oppidiq; Tarnogrod cum villis ac bonis pertinentibus ad prædicta bona Krzeszowo. Tum Pontalicijs et villa Zamech cum villis ac bonis pertinentibus in Terra Præmisliensi consistentibus

pro meritis

Pro meritis in Rem publicam suis periculisq; pro eadem susceptis à Regiâ Magestate atq; Ordinibus universis authoritate Constitutionis Generalis Cracoviensis felicis Coronationis Sacræ Regiæ Mttis iure hæreditario sibi in perpetuum collatis, omnibusq; cum supra demonstratâ à se Ordinatione comprehensis, ita ne Generalitas specialitati, neque e contra deroget, vi præsentis Recognitionis huius suæ, quod id secundum supra commemoratam Constitutionem quam firmissimo modo à se fieri potest, adijcit, unit, incorporat, eidemq; Ordinationi in omnibus omnino punctis ac clausulis, qua hac Recognitione excepta non sint, subijcit, obligat et obstringit. Deinde cum alias nuptias descenderit, uxoremq; aliam Magnificam Barbaram de Tarnow duxerit, de liberis masculis seu femellis quos ex eadem susceperit Ordinationem Anno 1589 constante Matrimonio priore, de utriusq; sexus liberis factam, atq; ad Acta Tribunalis Regni recognitam in ijs quoq; per omnia vim, authoritatem, ac locum suum obtinere vult, utq; per omnia obtineat, præsenti recognitione ordinat, sancit constituit. Quod si illi nulli nascantur masculi liberi, vel nati sine prole decesserint in eum demum eventum atq; casum Generosum Mathiam Zamoijski proximum Hæredem facit, eo tamen modo, ac ijs conditionibus, quæ in ipsa Ordinatione Anno 1589 à se facta descripti sunt. In utrumq; casum sive liberos susceperit, filiusve à se susceptus, vel eo deficiente, Generosus Mathias Zamoijski ea conditione, quemadmodum supra demonstratum est, Hæres à se institutus, sibi successerit, Ordinationis suæ tam liberorum, successorumq; suorum, supremum Defensorem ac Protectorem in Primis S. R. Mttem serenissimum Sigismundum Tertium Regem præsentem constituit. Tutores verò Illustrissimos Dominos, Andream Bathoreum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem et Episcopum Varmiensem, Albertum Baranowski Episcopum Plocens. Stanislaum Gomolinski Episcopum Chelmens. et Illustrissimos, Illustres, ac Magnificos Reverendos et Generosos Dnos, Nicolaum Tirleij de Dombrowica Palatinum Cracovien. Capitaneum Novæ Civitatis Korczijn, Kazimiriumq; Christophorum Radziwił in Birze et Dubinki Ducem, Palatinum Vilensem, militiæq; Mag: Dni: Lit: Supremum Præfectum, Nicolaum

Zebrzydowski

Zebrzydowski Palatinum Lublinens. Generalem Cracoviensem Lanckoronens. Boleslaviens. Capitaneum, Stanislaum Comitem à Tarnow Castellanum Sendomiriensem, Capitaneum Buscens. Stobnicens. Stanislaum Zołkiewski Castellanum Leopols. et Capitaneum Hrubieszoviensem ac Calusiens. Exercituum Regni Campestrem Praefectum. Petrum Tilicki Praepositum Gnesnens. Scholasticum Lanciciens. Canonicum Cracoviensem Regni Secretarium Maiorem, ac Referendarium: Thomam à Drohoiow Referendarium et Capitaneum Praemisliens., Georgium Zamoyski Archidiaconum Lublinens. et Canonicum Cracoviensem S. R. M. Secretarium: Nicolaum Vrowiecki Capitaneum Chełmensem, Ioannem Felicem Herbort de Fulstin, Tenutarium Moscien. Ioannem Zamoyski Equitum Regiae Mttis ac Excubiarum Regni Praefectum, Praepositum Zamoscens. praesentem, et pro tempore existentem, ad extremum Burgrabium Arcis Zamoscensis, qui post hac instituturus, et qui huic pro tempore Successurus est, Ordinat instituit, assignat. Qui quidem liberos Successoremve suum, bonaq. tuebuntur administrabunt, regent, omni iure, conditione, ac potestastate, prout in Ordinatione saepe memorata Anno 1589 ad Acta Tribunalis Regni recognita continetur et cavetur, ac iuxta Testamentum, quod quod caeteris recentius ante mortem ab ipso condictum et relictum fuit: Quod etiam Filiabus eas à Successione removendo, si quam vel aliquas Deus Largitus sibi fuerit, ex commemoratis bonis suis, tantum quantum ex quarta parte redituum eorum per quindecim annos colligi poterit, Dotis nomine praestari in Ordinatione Anno supra dicto 1589 Sanxerat et praescripserat, id corrigit et illi, illisuè tantum quantum ex quanta parte dictorum bonorum per octo annos obvenire potest, praestari ordinat praesenti hâc suâ Recognitione. In quibus quidem Capitibus et Clausulis, quemadmodum dictam Ordinationem amplificat, immutat et emendat, ita in alijs omnibus de quibus expresse hic nihil dispositum à se est, et iterum eandem quam maximè confirmat

confirmat, perpetuamq vim, authoritatem ac robur obtinere eandem vult: Nihilominus idem recognoscens sibi reliquit et reservat, inherendo concessioni et authoritati praefatorum Comitiorum Generalium, facultatiq sibi ijsdem concessae, integram, liberamq potestatem durante vitâ suâ, primum de bonis praelictis pro libitu suo, apud, quaecunq ei videbitur Acta disponendi, deinde has à se factas et recognitas, Ordinationes, et emendationes si ita ei videbitur, sive in toto, sive in parte, corrigendi, mutandi, vel abrogandi, seu locupletandi, et quaecunq Successu temporis visum ~~visum~~ ipsi fuerit in Successorem suum denuò constituendi, constitutumq pro bene placito suo removendi. Si verò Eaedem hae Ordinationes suae à se non immutabuntur, nec corrigentur, se mortuo ipso facto firmae et irrevocabiles permanere debebunt, hâc suâ praesenti recognitione, et Authoritate praefatorum Comitiorum mediante; in eumq casum ab omnibus et singulis Successoribus suis ex quacunq lineâ existentibus Salvas et Illaesas tam in toto, quam in parte, omnibusq eius Capitibus, punctis, clausulis, articulis teneri et observari vult. Eosdemq ~~iuxta~~ iuxta facultatem sibi ijsdem Comitijs concessam praesentibus adeo obstringit et obligat.

Actum Lublini in Judicijs Ordinarijs Generalibus Trbunalis Regni, Feria quinta ante festum Sanctae Margaritae Virginis proxima Anno Dñi Milesimo Sexcentesimo Primo.

Comparens personaliter coram Judicio Ordinario Generali Tribunalis Regni Lublinensis et Actis praesentibus Illustris et Magnificus Dominus Joannes Zamoijski de Zamoscie, Regni Poloniae supremus Cancellarius et Exercituum Generalis, Bełzensis Marieburgensis Derpatensis Knyszynensis Międzyrzycensis Grodecensis Jaworoviensis etc. Capitaneus, ac Palatinatibus, Terris, Districtibus, Juribus, Toro Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs recedendo, Praesenti verò Jurisdictioni, se ac cum bonis et successoribus suis plenarie incorporando, palam, pubicè libereq recognovit: Quia licet ante aliquoties recognovisset coram his Actis, quae Ordinatione suâ Generali Comitiorum Regni comprobatum, Sancitum complecti vellet, ea tam singula in bonum colligere, redigereq se nequivisse, temporibus, negotijsq Reipub. praepeditum. In Praesentia quoq cum

idem animus

cum idem animus illi sit, propterea nihil ominus in Livoniam expeditione hostilibus armis ea Provincia oppressa, se vehementer destringi, et ipso plane tempore excludi. Quod reliquum tanen esse videretur, id se præstare velle, Id autem est Oppidum hereditarium Suum Turobin cum villis prædijsq̃ omnibus ad id spectantibus, in Terra Chełmensi et Districtu Crasnostaviensi. Villis præterea Biała, æq̃ cum illis omnibus prædijsq̃ pertinentibus, et Villis Zwola et Koczudza cum villis noviter locatis in Terra Lublinensi sitis, eidem Ordinationi se asserere, atq̃ in eandem includere; ut non alius quisquam, æquè horum atq̃ cæterorum bonorum Suorum hæreditatem cernat, quam unicus atq̃ carissimus filius Generosus Thomas Zanoijski, et post eum natu maior, quem is idem benignitate Immortalis Dei legitimè Catholico ritu progenuerit, ac deinceps cæteri prout in Ordinatione descripti sunt. Si verò interim Filius alius sibi agnatus fuerit, tum hæc eadem bona omnia eidem cedant, ac posteum eius maioris natu filio, et deinceps natu maioribus filijs eius ex stirpe: Quæ si cessaverit, recedat Successio ad Successores Ordinationis de stirpe priori: ut etiam in natu maioris, si Agnatus fuerit Stirpe. Si Thomæ stirps cessaverit et alios ad quos si deficiet Stirps utraq̃ pertinere ex vi Ordinationis debet; Atq̃ hoc ea lege, ut nullum ius habeant, præfati omnes ex his bonis, quidquam alienandi donandi, pignore ullisq̃ inscriptionibus, ne dotis quidem nomine obstringendi.

## Actum Lublini In Judicijs Generalibus Tribunalis Regni Sabbtho pos Festum Sancti Bartholomæi Apostoli proximo Anno Millesimo Sexcentesimo Quarto.

Comparens personaliter coram Judicio præsenti Ordinario Generali Tribunalis Regni Lublinenſ et Actis præsentibus Illustris et Magnificus Joannes Zamoijski de Zamoscie, Regni Poloniæ Supremus Cancellarius, et Exercituum Generalis, Bełzenſ Marieburgenſ Derpatenſ Medzijrzijcenſ Knyszijnenſ Grodecenſ Joworovienſ etc. Capitaneus. Sanus mente et corpore existens, à Terris Palatinatibus, Districtibus, Foro nec non Juribus Jurisdictionibusq̃ suis quibusvis proprijs et competentibus, recedendo, præsenti verò Jurisdictioni se cum bonis omnibus ac

Successoribus

ac Successoribus suis incorporando liberè ac publice, recognovit. Quia ipse conditionem Ordinationis suæ Feriæ quintaante Festum S. Margarithæ Virginis proximâ In Año 1601 coram Actis Judicij Ordinarij Generalis Tribunalis Regni Lublinens recognitæ, eam nempe quæ bonis Turobin, cum Villis prædijsq omnibus ad id pertinentibus in Terra Chełmensi et Districtu Crasnostaviens Villarum, præterea Biała cum villis prædijsq omnibus, nec non villarum Zwola, Kocudza, cum villis noviter locatis in Terra Lublinens sitis filio natu maiori Divina benignitate progenito, iuxta illam Ordinationem cedendo disponit, cassat, rescindit et annihilat eademq bona supra recensita, omnia unico atq carissimo filio suo, Generoso Thomæ Zamoscio, Capitaneo Knyszynensi adscibit, adiungit, præsentibus, ita quod et si interim Divinâ Clementiâ filius alius sibi natus fuerit, ad bona prænominata, nihil Juris Dominijq sit habiturus: Insuper adiungendo eidem filio suo Generoso Thomæ Zamoyski bona nunc acquisita, videlicet Castrum et Oppidum Krasnik, cum illius superbijs, villisq ad id spectantibus, videlicet Suchenia, Wysnica, cum prædijs wyzionka, Budzyn, Kawęczyn, Stroza, Słodkow, Blinow cum prædijs, Botorz cum prædio, Zdzyłowice cum prædio Ponikwy, Zabiawola, Otrocze, Wilkołas cum prædio Wymysl, Zalesie, Wola Wilkolaska cum prædio, et sortis villæ Kudniczek in Terra Lublinensi; Oryszow in Terra Belzensi, sortes bonorum Nawoz in Terra Crasnostaviensi; sortes etiam villæ Chomęciska, in eadem Terra Crasnostaviensi iacentia. Quæ quidem bona omnia supra scripta sub nexum inscriptionis Ordinationis suæ, Originalis et eius meliorationis, Successionisq in eadem Ordinatione præscriptæ, bonis Castri et Civitatis Zamoscens incorporat et inviscerat, perpetuo cavendo vigore Constitutionis Regni, Præfatum Filium suum nullum Jus habere ex bonis quicquam donandi, alienandi pignore, ullisvè Inscriptionibus, ne dotis quidem causæ obstringendi etcq.

Sigismundus III Dei Gratia Rex Poloniæ Dux Lithaniæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Livoniæq: Nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumq Hæreditarius Rex.

Significamus his literis nostris quorum interest universis et singulis: quod comparens personaliter coram nobis, ad Actaq Cancellariæ Nostræ, Illustris et Magnificus Joannes de Zamoscie Zamoyski:

Zamoscie Zamoyski Regni Supremus Cancellarius Generalis Exercituum, Belzensis, Marieburgensis, Derpatensis, Knyszynensis Międzyrzycensis Gradecensis Jaworoviensis etc. Noster Capitaneus, recedendo à Terris Palatinatibus, Districtibus, Jure, Foro, Jurisdictioneq suâ, quavis competenti, et secum bonis sanibus Successoribusq suis Jurisdictioni Nostræ huic, quo ad Actum hunc incorporando et subjiciendo, sanus mente et corpore existens: Quando inscriptiones priores eo nomine factas in quibuscunq Actis contentas, libere, publicè, et per expressum professus est, et recognovit se in hac profectione ad bellum adversus Carolum Sudermaniæ Ducem, Nostro et Reipub. Mandato, gerendum: memorem mortalitatis suæ, et eorum discriminum quæ communis Martis mutuo certamine procreare solent, defensionem. Unici et Charissimi Filij sui, Generosi Thomæ Zamoyski, tum Ordinationis, Testamentiq à se conditi nobis tradere et inscribere, idq præsenti sua recognitione facere, supplicaretq nobis ut si quid humanitas sibi acciderit, Nos dignemur et vellemus authoritate Nostra Regia defensum et tectum prædictum suum Filium, Ordinationemq eiusq Correctiones, additamenta, Tectamentum et Codicillos; Ea si quis infringere, mutare aliorsum, atq constituta, inscriptaq sint detorquere velit, summè Nos obtestari, ut Nostro Præsidio ab ejusmodi conatu arceantur, Nolle se ulla merita sua commemorare, sed si quæ sunt tum verò nos obsecrare, et eorum meritorum nos clementissimam rationem habere dignaremur: Cum ex Clementia nostrâ latè pateat, neq se solum, sed omnes qui aliquando ad Ministeria Nostra et Reipub. accedent, præ suisq commoda nostrâ et Reipub. emolumenta ducent, complectatur. Hoc idem se committere atq rogare Illustrissimos et Reverendissimos in Christo Patres, Dominos, Stanislaum Karnkowski Gresnensem, Joannem Demetrium Solikowski Leopolienq Arhiepiscopos: Bernardum Macieiowski Cracovienq, Joannem Tarnowski Vladislavienq et Pomeraniæ, Laurentium Goslicki Posnanienq et Stanislaum Gomolinski Gentilem suum Luceorienq Episcopos. Tum Illustres et Magnificos Christophorum Radziwil Ducem in Dubinki et Bierze, Vilnensem Palatinum, Exercituum Mag: Duc: Litiq Generalem Nostrum, Borijszovienq Vrzędovienq, Salacenq Kokemshausemq Nostrum Capitaneum: Nicolaum Christophorum Radzivilum Ducem in Olyka et Nieswiesz, Trocenq Saulenzq Nostrum Capitaneum, Stanislaum Mniski, Lancienq, Plocenq, Capitaneum, Nicolaum Herbort de Fulstin Russiæ et Tlumacensem Nostrum

Tenutarium

Tenutarium Palatinos. Nihil æquius, quam ut gravissimi Senatores, Consulta Senatus Regni Nostri, et sancita Ordinum sancte tueantur, Ex eo genere esse suam Ordinationem, correctiones eius, additamentaq; omnia, atq; et Testamentum, Codicillosq; dirigat, postulare et his diligenter: Ut carissimum et unicum Filium suum, negotiaq; eius et educationem, Ordinationemq; ac correctiones ipsius et additamenta, Testamentum et Codicillos tuenda et defendenda, si quis illis adversetur suscipiat. Deinde recognovit se Tutores hos instituere harissimi Filij sui, negotiorumq; eius Ordinationis, Correctionum, Additamentorumq; ipsius Testamenti et Codicillorum, ac bonorum administrationis, iuxta Testamenti præscriptum; Reverendum, in Christo Patrum Dñum Georgium Zamoyski Episcopum Chełmenſ Administratorem Abbatiæ Czermesienſ Agnatum suum. Illustres et Magnificos Nicolaum Zebrzydowski Palatinum et Generalem Craovienſ Lanikoronenſ Sniatinenſ Capitaneum; Marcum Sobieyski Lublinenſ Palatinum et Stanislaum Zołkiewski Castellanum Leopolienſ Copiarum Campestrem Præfectum, Hrubieszovienſ Rohatinenſ Kamienecenſ Kałusienſ Nostrum Capitaneum, Hos se per Cæleste Numen per omnia quæ harissima sibi invita ducant obsecrare. Ut Generosum Thomam Zamoyski unicum Filium suum eiusq; educationem, tum Ordinationem sæpe numero iam repetitam, eius correctiones, et additamenta, Testamentum præterea et Codicillos Sancta habeant, et exequenda curent neq; latum ab his, quod aiunt, digitum discedant. Rogare se etiam Rerendissimos in Christo Patres, Dños, Albertum Baranowski Plocensem, Petrum Tilicki Varmienſ Episcopos, tanquam eos, cumquibus amicitia illi longo tempore mutuis Officijs confirmata intercedit. Propterea q; multarum rerum eius notitiam habeant. Ut si propter intervalla locorum tutellam administrare non possint, Saltem Tutores supra præscriptos de rebusquas notas habent informent, et authoritate, consilio, operaq; iuvent, ac in educationem negotiaq; Filij sui; Domusq; intendant: Ordinationem, correctionesq; eius et additamenta, ac Testamentum et Codicillos tuentur et defendant. Dans et concedens illis ipsis à se constitutis Tutoribus plenam et omnimodam facultatem, et absolutam potestatem ipsum Generosum Thomam Zamoyski Filium suum minorennem, Ordinationemq; eiusdem Recognitionis, Correctiones, et additiones illius Ordinationis, Testamentum et Codicillos post mortem suam regendi, gubernandi, ipsum Generosum Thomam Zamoyski liberalibus disciplinis erudiendum tradendi, et honeste liberaliterq; educandi, tum etiam bona

ipsius omnia

Ipsius omnia rectè administrandi, et alia quæ veris Tutoribus ex iure conveniunt exercendi, iuxta Ordinationem eiusdem recognitionis, illiusq; Ordinationis Correctionis et additiones Testamentum et Codicillos per eundem confecta, quæ omnia præsenti Iscriptiones approbat. Cuius Tutoria facultas extendere sese debet ad vigesimum quintum annum ætatis ipsius Generosi Thomæ Zamoyski filij sui. Quibus impletis Ius Tutelæ desinet et cessabit, ac ut ijs omnibus tam ultima voluntate suâ constitutis quam recognitione per expressâ suæ Ordinatione Ordinatis confectis et expressis satisfiat, eundem Filium suum obligat et inonerat. Quam recognitionem Insciptionis Tutorum, modo præmisso factam, Nos ratam et gratam habentes, suscepimus, eamq; in Acta Cancellariæ Nostræ referre mandavimus, Decernendo eam robur et pondus debitum obtinere debere In cujus rei fidem et Testimonium eas sigillo Regni Nostri communiri iussimus. Actum et datum Vilnæ Decima die mesis Augusti Aõ Dñi 1601. Regnorum Nostrorum Poloniæ 14 Sveciæ vero 8 Relatio eiusdem Illustris et Magnifici Ioannis Zamoyski de Zamoscie Regni Poloniæ supremi Cancellarij.

Ta Ordinacia po Polsku przetłomaczona iest w Protokole sub Litera E pag: 134

# ROKOSZ GLINIANSKI

Copia z Metryki Jasnie Wielmożnego Je. Mści Pana Jana na Zamościu Zamoyskiego, Kanclerza y Hetmana Wielkiego Koronnego. Co się stało à prawdziwie z PP. Senatorami od Rycerstwa Polskiego y Węgierskiego pod Gliniany Roku Narodzenia Panskiego. 1379.

W Roku Panskim 1379 Po smierci Kazimierza Wielkiego Krola Polskiego Syna Łokietkowego, przyszła Korona Polska po Kądzieli na Regiment Cudzoziemski Krola Węgierskiego Ludwika, Siestrzenca Kazimierzowego, ktory z iakowym nieszczęściem Rzptey Polskiey panował, Kronikarze starzy z płaczem o tym pisali. Abowiem skoro po Koronacyey swoiey w Krakowie małoco pomieszkawszy, iechał, ~~iechał~~ do Wielkiey Polski do Gniezna, a dziemu Arcybiskup Gnieznienski, Stanisław Bogorya przyprawił był Maiestat Kosztowny ku ozdobie Krolewskiey, z ktorego on Smiechowisko czyniąc, niechciał usieść na nim, mowiąc: Razem w Krakowie Koronowan na Krolestwo Polskie, drugiey mi Koronacyey niepotrzeba w Gnieznie, bo snac rozumiał, że dla Koronacyey

Maiestat

Maiestat przyjprawiono[mu] bijto na Państwo Wielgopolskie. Z Gniezna
iechał do Poznania, gdzie krotki czas pomiyszkawszy pospieszył się do
Krakowa na wesele Kazimierzowey żony Jadwigi, która przez Mat-
kę Ludwikową Helzbetę zmowiona bijła w stan Małżeński, za
Wacława Xcia Legnickiego, ktorę Król Ludwik wedle Testamen-
mentu Syna swego Kazimierza Króla odprawował. Z Krakowa
z Mężem iey do Legnice po tym Weselu Swiemki swoiey Kazimie-
rzowey Żony Król Ludwik zmierzywszy sobie sprawy y obyczaie
Polskie, ktorym przywyknąć niemogł, a Polacy także obyczaiow Ni-
emieckich zrozumieć niemogli; więc y w rzeczy w rozności będąc z sobą,
przez Pomacza z Królem potrzeby swoie odprawowali. Niemaiąc tedy
dalej zcierpieć przewłoki miyszkania swego w Polszcze Król Ludwik
iechał do Węgier, zleciwszy Gubernacią Korony Polskiey, Helzbiecie Kro-
lowey Węgierskiey Matce swey; y Xciu Opolskiemu Władysławowi,
ktorym dał absolutam potestatem regnandi, gubernandiq. Po wyje-
chaniu Króla Ludwika z Polski do Węgier, Matka Królewska Pani
ych Radę Koronną w Polszcze zodmieniała, a zwłaszcza wielme Mio-
sniki Xięty, a miasto onych w Radzie przyiwatnikami swemi Cudzo-
ziemcami osadziła; więc ten ktorzy mowili o Krzyżowcy Xięty, Ze
mimo Naród Polski Urzędy rozdawano Cudzoziemcom, władzę Kro-
lewską tym potężnie arozono. Z Xięt Węgrowie wziąwszy na Pola-
ki zmiałość, nie zadługim czasem człowieka zacnego Kmity Sta-
rosty Krakowskiego nie Słusznie zabili, ktorego zabicia Kmiczyni
przyjaciele się nad Węgry mścili, przecie nie stało za na-
rze. Xięta Węgry Opolskie, bacząc w takowym zniewoleniu
będąc Koronę Polską, aby ieszcze większego zalu przyjoyniło Koro-
nie Utrapionej, Miasta, Zamki, Prowincie Polskie posiadali, y
brali gdzie co chciał. Z ktorym mierzędem bez Króla w Polszcze,
kto był dłuższy, ten był lepszy; bowiem sprawiedliwości niebyło,
dla ktorey Polacy niektorzy aż do Budzyńia do Węgier do Króla
jeździli. Więc w tym czasie niespokojnym Xięty w Wielkiey polsce
swe Familie znaczne, mocne y potężne zwasniwszy się z nimi,
Domarat Starosta Wielgopolski, z Xiążęcami wnętrznym boiem
wiele przyjaciół między sobą potracili, y maietności Szlacheckie
popustoszyli. Czego Król Ludwik dowiedziawszy się za skargą
Panow Szlachty Wielgo Polskich, zdozyl z urzędu Starosty
Poznańskiego Domarata, a na przyjoyznę Panow Obywatelow
Wielgo Polskich, dał Generalstwo Poznańskie Wincentemu
Granowskiemu. A w tym czasie rozruchu Wielgo Polskiego,
Litwa, Tatary z Ruszy Nieprzyjacielskim sposobem ogniem,
y mieczem Państwa Koronę Polskiey woiowali. Za kto-
rym nieboszczeństwem Krolowa Stara Matka Ludwika
Króla z Polski do Węgier iechała, y Króla Ludwika do tego
przywiodła, ze pietnaście tysięcy ludzi zbroynych stawił z
Węgier na pomoc Koronę Polskiey; ktorego Hetman Polski

Kapha Granow

Raphał Granowski Starosta Sandomirski w Szyncu czekał, z niemałym woyskiem Polskim, ktore Krol Ludwik na dwoie rozdzieliwszy, Polskie obrocił na Tatary, à sam poszedł pod Bełz przeciwko Litwie z Węgry, gdzie poraził Litwy 12000 A Hetman Polski Granowski pod Bracławiem podkał się z Tatary, ktorzy z Polaki tak się dobrze bili, że na placu siedm tysięcy Pogaństwa legło, à naszych też zginęło do dwoch tysięcy. Acz Polski Hetman bitwę wygrał, ale na niey trzema postrzały był obrażony. A Prusowie zaś zplondrowawszy Kuiawy, uszli cało do ziemi swey. Postanowiwszy tedy Krol Ludwik Rptą w inakszym rządzie, przecię Xciu Opolskiemu zlecił Gubernacią wszelakich sprawy Sądow Polskich przydawszy do niego Dobka z kurozwąk Kasztellana Krakowskiego y Sędziwoia z Zabina Toporzyka Woiewodę Kaliskiego, Starostę Krakowskiego Zatym wyiechał do Węgier z Polski gdzie zastał Krolową Helzbietę Matkę swoię iuż umarłą w Budzyniu. A gdy z tych Gubernatorow Rpta Polska niepomału była obrażona ktorzy więcey swych pożytkow przestrzegali, à niżeli Dobra Rptey, y uboga Slachtę krzywdzili, y cisnęli ich gdzie mogli; Niemogąc na sobie daley znosić iarzma niewoli takowey, Posłali Slachta Polska do Węgier do Krola Posły, Ludzie znaczne, Rytwinskiego z Moskorzowskim, uniżenie prząc, aby im Krol na urzędy Koronne, à osobliwie na sądy Cudzoziemca niedawał, ktory Prawa Pospolitego nic nieumie, ani go iest swiadomy: iakosz nieuk niemoże sprawiedliwie sądzić; ktorym to poselstwem Krol Ludwik acz był z przodku obrażony nieco. Iednakże aby zatym iaki rozruch nienastąpił w Polszcze, odłożył tę rzecz do Seymu przyszłego, tymczasem przemyśliwał o tym, iakoby Halicki, Kamieniecki, Przemyski, Sanocki Powiaty do Korony Węgierskiey przyłączył oderwawszy one od Krolestwa Polskiego, Dlaczego posłał o Consens do Papieża na Arcybiskupa Halickiego, nowo od Ludwika Krola creowanego, w Rzymie niesłychanego, ktore dał był Krol Piotrowi Rzeszowskiemu z dobrym opatrzeniem Maietności. I Przemyskie Biskupstwo przedtym niebywało, oprocz Władykow Greckich, dał Philipowi Komornickiemu Dziekanowi Krakowskiemu, także z dobrymi dochody, do tego: Kamienickie dał Bogusławowi Derszniakowi, nie bez pewnego nadania pewney Intraty. A gdy tak zporządził Krol Ludwik Duchowienstwo Rzymskie w Rusi, Potym złożył Seym na Pany Polskie w Budzyniu, na swięto Wniebowzięcia Panny Maryi; Coto rzecz była nowa, niezwyczayna, niepowinna Panom Polskim do Budzynia na Seym iachać, tak daleko do inszego Krolestwa, Na co Panowie nie zezwolili, iednakże się niektorzy nalezli, ktorzy dla prywaty swey iachali na Seym do Budzynia. A mianowicie Woyciech Strzelecki, na ten czas Podskarbi Koronny (: ktory potaiemnie Koronę Polską z Skarbu Koronnego Helzbiecie Krolowey Starey do Węgier był wydał :) o czym Rada Koronna niewiedziała aż Biskup Wrocławski Andrzey Lubranski

Lubranski Braci swey, a Osobliwie Stanowskiemu Marszałkowi zbyt-
gier oznaymił. Drudzy Senatorowie do Budzynia na Sejm pozachali,
to iest Szczepany Siecech Wda Lubelski, Jan Tuczewski Wda Sirad-
ki, Grzegorz Lasota Wda Belzki, Stanisław Zyenny Kasztelan
Sendomierski, Hieronim Szpot Kasztelan Belzki, Jan Gomalin-
ski Kasztelan Sieradzki, Andrzey Lubranski, Biskup Wrocław-
ski. A ci mianowicie Senatorowie, gdy na Sejm do Budzynia przy-
iachali, Krol Ludwik z przyiazdu ich był bardzo kontent. Na po-
